

opponere, sed incaute agit, ut ait Butr. d. n. 4. Imò fortis est, quia fortasse actor non probat, secundum Abb. num. 8. *vers. Aut vult proponere.*

6. Tertio nota ibi, *quæstio principalis perimetur*, exceptionem peremptoriam esse, quæ perimit et elidit petitionem, seu actionem actoris. Concordat, §. *Perpetua*, *Instit. de except.* c. 1. §. *ff. eod.* §. *Exceptio 3. quæst. 6.* & hic notat Host. n. 1. in *ver. Elidi*, Calder. n. 4. Butr. n. 5. *imol. n. 2.* Abb. in 4. *notab. Cardin. Clem. ult. in 3. quæst. num. 2. de appellat.* Et propterea exceptio dicitur actionis exclusio, l. 1. *ff. de except. cap. 2. infra eod. c. cap. A nobis*, *infra de except. Petr. de Anchar. consil. 6. Visiuita-matho 4. vers. Ex quem patet*, & Abb. ubi *suprà*. Quod tamen intellige secundum Calder. & Butr. postquam exceptio fuerit probata, ut innuit littera hujus textus ibi, *quo factio*, id est plenè probata exceptio, ut exponunt Hostien. & Joan. Andr. ambo, *num. 3. in vers. Quo facto* Ad idem lib. 2. *ff. de except. c. c. Ad avari*, *infra de prescript.*

7. Descendo ad glossam magnam, quæ reputatur valde difficilis & diviso materiam in duos principales articulos. Primum est quo ordine sit proponenda, seu discutenda exceptio peremptoria. Secunda an & quando super exceptione incidenti, vel emergenti sit pronuntiandum.

8. Quo ad primum hæc sit conclusio, quod exceptio peremptoria debet discuti antequam definitur negotium principale, quæ conclusio probatur clarè in hac Decretali, ubi deciditur prius esse cognoscendum de exceptione consanguinitatis quam ad definitionem articulum procedatur & ita hic est casus apertus, secundum Abb. Antiq. Joan. Andr. Calder. Bald. & omnes *suprà in sumario*. Rationem decidendi reddunt Calder. & Abb. Siculus in 4. *notab. vers. Antequam attingam*, nempe quia fundata inventio actoris, venit reus condemnandus, nisi aliter se defendat: debet enim judicare secundum merita cause, partium assertionem panditur, ut l. *final. c. super vim*, vel alio modo *c. c. Tam littera*, de *integr. restit.* quare ut appareat an reus sit absolvendus, vel condemnandus, debet prius discuti illius exceptio. Brevius rationem reddit glossa Bernardi hic in transfiguratione casus, dicens esse prius cognoscendum de exceptione peremptoria ante sententiam opposita, quia ex illa apparebit qualiter debet formari sententia.

Amplius primo supradicta conclusio, ut locum habeat non modo in exceptione peremptoria consanguinitatis, quæ opponitur mulieri vendicanti aliquem in virum, de qua loquitur hoc capitulum, ut dictum est *suprà num. 2. c. 7.* Sed generaliter in omni alia exceptione peremptoria, cuiusmodi est exceptio doli, mali, quod merus causa, pacti perperui de non petendo & consimiles, de quibus in §. *Perpetua*, *Instit. de except. c. in l. 3. ff. eod.* De omnibus enim est cognoscendum antequam pronuncietur super articulo principali, l. *Si quidem*, *c. de exception. l. Emptor*, *c. de long. tempor. prescript. cap. Super hoc*, *suprà de renunc. secundum Hostien. hic num. 1.*

10. Quod tamen fallit in exceptione litis finite, quæ proponitur potest etiam ante litis contestationem, ut in cap. 1. *c. 2. de lit. contest. lib. 6.* & licet notat Abb. *num. 8.* Item secundum eum in exceptione notoria: non enim iudex debet permittere ut factum, cui notoria obstat exceptio, deducatur in iudicium *cap. Quoniam supra de sit. Prædictor. de post. Archid. notat Joan. Andr. in d. cap. 1. de lit. contest. lib. 6.* Fallit tertio, si exceptio continetur in instrumento, vel reus excipiens offerat se illam in continenti probaturum, ut notat Joan. Andr. in *addit ad Specul. in tit. de except. §. Dicitur vers. Sed an reus & notatur in cap. Super litteris de rescript.* His autem casibus reus potest excipere etiam ante litis ingressum, secundum Abb. d. n. 8. An autem exceptiones peremptoria proponi & discuti possint, aut debeant ante fundandam intentionem actoris, distingue ut hic plene per Abb. *num. 6. c. 199.*

13. Amplius secundo, principalis conclusio superius firmata, ut locum habeat etiam in exceptio peremptoria veniat discutenda coram diverso iudice, veluti si petenti hereditatem in foro seculari obijciatur, quod sit illegitimus: nam huiusmodi exceptio terminari debet coram iudice Ecclesiastico antequam iudex laicus procedat in causa hereditatis ut hic ex text. in *cap. Tuam*, *infra eod.* ubi est casus secundum lecturam glossæ, quam ibi dicunt esse communem Jo. Andr. *num. 4.* & Butr. *num. 19. vers. Advertendum*. Ad idem text. in *cap. Lator*, *infra. Qui filii sunt legitimi*, ubi similiter est casus.

15. Amplius tertio, ut procedat in quolibet præjudiciali, quæ cognoscenda est antequam sit super principali quæstione contestata, l. 1. *c. per tot. c. de ordin. cogn. & hic notant Host. n. 1. in ver. Perimatur*, & Calder. in 1. *notab.* quod habet locum sive civilis præjudicet civili, sive criminali, sive è convento, ut in exemplis, quæ recensentur in §. *Aliquando* in *quæst. 3.* & per glossam in d. *cap.*

Tuam, in *ver. Dependente* *infra. eod.* quam ibi omnes sequuntur, & per Calder. hic in 3. *quæst. num. 19.* de quibus præjudicialibus plenius dicam *infra in ult. quæstione num. 32.*

Amplius quarto, ut vendicet sibi locum etiam in excep-tionibus dilatoris, quæ regulariter proponendæ, & probandæ sunt ante litis ingressum. Et si causa sit talis, in qua contestatio non requiratur, proponi debent ante illam actum, qui solet fieri post litem contestatam, ut in c. *Aster Monasterium*, *infra. de re jud. c. Cum causam de appellat. l. ult. c. de except. c. 1. Ut demum, c. de Procurat.* Unde post litem contestatam, aut etiam post terminum statutum ad dilatorias proponendas, proponi non possunt, *cap. Passoralis*, *infra. de except.*

Hoc tamen fallit primò in exceptione excommunicacionis, quæ proponi potest quocumque, & ante litem contestatam, & post sententiam, ut c. *Exceptionem*, de *except. cap. ad probandum*, de *re judic.* & est speciale ut in exceptione excommunicacionis propter periculum animæ, ut dicitur in prædicta Decretali *exceptionem*. Fallit secundo in dilatoria solationis, quæ licet ante litem contestatam proponi debeat, non tamen prius quam actor fundaverit intentionem suam, ut leg. *Exceptionem* & ibi gloss. *num. C. de probat. c. cap. Si quis Episcoporum*, §. *Exceptio*, iuncta glossa *primo 3. quæst. 6.* Fallit tertio, si exceptio dilatoria incipiat competere post litem contestatam: ut *cap. Insinuante supra de offic. Deleg. c. 1. 2. c. de Confort. episc. lit. vel si de novo pertinet ad notitiam partis*, *cap. In nistra de Procurat. c. cap. Passoralis de except. Supra scriptam distinctionem inter exceptiones peremptorias, & dilatorias posuerunt tres glossæ magistræ, quarum una habetur originaliter in d. §. *Exceptio in ver. Exceptio 3. quæst. 6. altera in d. cap. Exceptionem in ver. Dilatoris de except. tertio in d. l. Exceptionem*, quæ est gloss. *num. 6.* & sequitur Abbas hic n. 6.*

Nunc limita principale conclusionem, ut locum non habeat si excipiens excedat limites exceptionis, & quid non tantum excipiat, sed etiam petat, seu reconveniat actorem, tunc enim exceptio non elidit principale questionem, sed cum ea concurrat, & sunt duæ iunctæ petitiones, quæ propterea sunt vicissim tractandæ, & terminandæ, ut *cap. Prudentiam supra de not. petiti. c. c. Cum dilectus*, §. *Non autem infra eod.* & notabiliter declarat hic Host. n. 1.

Aggredior nunc secundum articulum principale, vide licet an & quando super incidenti sit pronuntiandum. Ad evidentiam præmittendum quæ sit exceptio, seu quæsitio incidens & que emergens. Circa quod omnibus questionibus glossæ, dari solent à Doctoribus tres regulæ, quas hic protulit Abbas *num. 12.*

Prima regula est, quod omnis exceptio peremptoria dicatur incidens pen. prod. quasi incidat & perimat negotium principale. Emergens vero dicitur omnis dilatoria. Unde Abb. Antiq. hic *num. 2.* ponit verbum.

Incidens perimit, emergens quæstio differt.

Et hoc communitè tenent Doctores, ut hic testatur Bellam. in 2. *quæstione circa finem*. Secunda regula est, quod exceptio habens veritatem causam in iudicio, id est, quæ ante iudicium est orta, dicatur incidens, quælis est exceptio consanguinitatis, & pacti de non petendo, quæ ortum habent ante litem inchoatam Emergens vero dicitur quæ oritur post iudicium coeptum, quasi tunc emergat. Et hæc regula quasi coincidit cum præcedenti, licet neutra sit admodum perfecta, ut per Abbatem *dis. num. 12.* Unde ipsi magis placet tertia regula, videlicet, quod omnis exceptio concernens ipsum factum principale, seu quæ opponitur ad ipsum factum, dicatur incidens; quia perimit ipsum factum principale. Exceptio vero concernens processum dicitur emergens, quia in veritate tunc incipit competere respectu objecti, sive sit peremptoria, ut exceptio litis finite, sive non, quia ex quo opponitur ad processum, dicitur emergens. Et cum hac tertia regula fere concordat alia, quam hic ponunt Henric. Boich. n. 9. & Bellam. in 2. *quæstione circa finem*, nempe quod incidens est omnis quæstio intus cadens, quæ causam principalem, seu negotium principale respicit in se, ut pactum de non petendo, & consimiles. Emergens est, quæ non concernit ipsum principale negotium, sed respicit iudicium, seu processum, & ordinem litis, ut si iudici, vel parti agenti opponatur excommunicacio, vel si iudici, vel terti opponatur infamia, l. 1. *c. 2. c. de Ordin. cognit. cap. Scilicet status de rescript.* Vel si opponatur contra Procuratorem, quod non sit, vel esse non possit Procurator, l. *M. item c. de Procurat.* vel contra iudicem, quod non sit competens in causa rei, vel quod non possit esse iudex in causa spirituali, de qua cognoscere nititur, quia secularis, seu laicus, ut *cap. Decretum de iudic.* hæc enim omnia, & similia tangunt processum iudicium, quia etiam vera sint, nihilominus jus principale remanet integrum inter actorem, & reum.

His præcognitis glossa nostra ponit tres opiniones. Prima negat pronuntiandum esse super incidenti. Secunda affirmat.

Tertia distinguit. Tu vero dicas in hoc articulo dari à Doctoribus duas principales theor. cas, quæ ambæ sunt in se veræ. Et quamvis differant in modo explicandi, tamen in rei veritate, & quoad juris effectum non discrepant. Prima theoria distinguit inter questiones emergentes, & incidentes. In emergentibus dicit breviter esse pronuntiandum, ut leg. *Libertis in fin. c. de liber. caus. leg. A procedente, c. de dilat. leg. Quoniam, Alexandrum, c. ad l. sol. de adulter.* Et est ratio, quia non potest in causa principaliter procedi, ut patet in exemplis supra proxime allatis. Et in hoc contentiuntur omnes. In incidentibus vero regulariter non est pronuntiandum, ut hic probatur in fine, quia textus dicit: Ante est cognoscendum de ipsa, scilicet quæstione incidenti, & non dicit pronuntiandum. Idem probatur expressius in l. 1. *c. de ordin. iudic.* ubi dicitur pertinere ad officium iudicis, qui de hereditate cognoscit universam incidentem quæstionem, quæ in iudicium devocatur, examinare, quoniam non de ea, sed de hereditate pronunciat. Et est ratio, quia iudex pronun-tiando super principali, satis censetur tacite pronunciare super incidenti. Exemplum patet in exceptione consanguinitatis, de qua loquitur hoc capitulum, nam si iudex pronunciet maritum esse adjudicandum mulieri cum vendicanti, atque tacite pronunciat exceptionem consanguinitatis non obitare. Et idem in casu converso, scilicet hoc casu procedit opinio Bullari, de qua hic in principio glossa, & dicit Joan. de Imol. n. 6. *vers. Sed an sit necesse*, committere tæneri ut non sit necesse pronunciare expresse super incidenti, sed satis sit ut pronuncietur tacite pronunciano super principali. De con-trariis etiam testatur Abbas n. 11. *vers. Et ista dux solutio.* Fallit primò hæc regula in exceptionibus, quæ respiciunt & tangunt non modo negotium principale, sed etiam ipsum processum, ut in exceptione rei iudicate, transactionis, & jurjurandi. In his enim necessariò est pronuntiandum quando proponitur per modum emergentis, & ad effectum impediendi processum ad ulteriora, quia non potest aliter super principali procedi. Et sic intellige c. *Exceptionis peremptoria de lit. contestat. lib. 6.* Secus si proponatur per modum incidens ad effectum obtinendi victoriam super principali negotio, quia tunc super eis non est pronuntiandum, sed sufficit pronunciare super principali, ut dicitur est supra de incidenti. Et sic intellige secundum opinionem Mar. & Petr. Doctorum juris civilis, quorum hic meminit glossa nostra, quam tamen tenent etiam Vincentius, & Laurentius hic. Fallit secundo, ubi quæstio incidens debet ventilari coram alio iudice, quam coram iudice cognoscente de negotio principali: ut si petenti hereditatem in foro seculari opponatur, quod sit illegitimus; oportet enim ut super incidenti pronunciet iudex Ecclesiasticus antequam iudex laicus procedat in causa principali, ut *cap. Tuam infra eod.* & filius dicitur est *suprà in 2. ampliat. num. 14.* Hæc in effectu est distinctio glossæ hic, cum qua concordat Archid. in §. *Spatium 3. quæst. 3.* & hic dicit esse veram Henric. Boich. n. 10. *c. sub n. 12. vers. Et licet.*

Secunda principalis theoria est Hostien. hic *num. 4. vers. Breviter Expedias*; quæ licet quoad juris effectum coincidat cum prima: tamen est compendiosior, clarior & facilius videlicet, aut est talis quæstio, vel exceptio, vel incidens, vel emergens: cuius pronunciacio dilata, processum principale questionis expediri non potest: ad quod sit præjudicialis cognitioni negotii principali, ut veluti quia agente de hereditate opponitur servitus, vel queritur an actor sit excommunicatus vel infamis, necne, ut *cap. Quarrendum & ibi Archid. 2. quæst. 7.* & tunc de illa prius est cognoscendum & pronuntiandum, ut lege *A procedente, eod. de dilat. lege 2. cod. de ordin. cognit. lege Libertis, §. fin. ff. de prætoriorum*, aut est talis quæstio cuius pronunciacio dilata, processum principale questionis potest nihilominus expediri: nempe quis non est præjudicialis cognitioni negotii principali; & tunc quamvis iudex si velit, super illa possit expresse pronunciare nec per hoc annullare processum, ut *cap. super eo, illo primò in fine infra de appellat.* tamen non tenetur de necessitate; sed satis est ut pronuncietur tacite pronunciano super principali, ut hic patet: nisi talis quæstio incidens vel emergens sit ventilande coram alio iudice quam iudice negotii principali, quia tunc

super illa necessariò est pronunciano, dicto *cap. Tuam infra eod.* & *cap. Lator, qui filii sunt legitimi*; & secundum hanc theoriam nullum jus contradicit & alie distinctiones ponit ad subtilitatem quam ad utilitatem tradite sunt ab Antiquis secundum Host. hic in fine, cum quo concordat Joannes Andreas *num. 8. vers. Breviter dicitur*. Calder. *num. 16. vers. Hostien. hic*, Henricus Boich. *num. 12. vers. Et licet ista distinctio*, Butr. *circa finem vers. Conclusio ergo sit*, Abbas *num. 11. vers. Sed concludere clarè*; & alii communitè & idem Host. in *Summa huius tituli vers. Breviter*, Guillelmus de Monte Lauduno in Clementina finali de *appell. & nullus discrepat.*

Quæro pro complemento materie quæ dicantur quæstiones, & præjudiciales.

Goffredus hic constituebat differentiam inter præjudiciales & peremptorias: nam præjudiciales dicuntur in quibus queritur de conditione personæ: videlicet utrum quis sit liber vel servus, ingenuus vel libertinus, filius vel extraneus, §. *Præjudiciales*, *Instit. de actio. lege 1. & 2. cod. de ordin. cognit.* Ergo idem, cum queritur: an actor sit excommunicatus vel non, *cap. Exceptionem infra de except.* infamis vel bonæ famæ, *cap. Quarrendum 2. quæst. 7.* & in hoc differunt à peremptoria, quia præjudiciales proponuntur & probantur ante litis contestationem, lege *Quoniam Alexandrum, eod. de adulter.* licet quædam proponantur etiam post sententiam, ut lege *Non idcirco*, §. *Cum possit, ff. de iudic. ad probandum infra de re iudicata* & *cap. Via Mater de except. lib. 6.* Peremptoriae vero quamvis proponantur ante litis contestationem: nunquam tamen probantur, nisi lite demum contestata, lege *Si quidem cod. de except. lege Emptor, eod. de præscript. long. temp.* nec locum habent post sententiam, *cap. Inter de re iudicata: nisi casualiter*, *cap. 2. infra de purgat. vulgar.* & cum hac distinctione Goffredus transit hic Host. *num. 2. c. 3.* Sed plenus distinguit Joannes Andreas in *cap. Tuam num. 6. vers. Ego dico infra eod.* nam secundum eum præjudicialis quæstio dicitur diversis respectibus. Primum scilicet quoad intentionem actoris cui præjudicat & eam perimit, & hoc modo præjudicialis est omnis peremptoria: hæc tamen præjudicat solum in definitione; nam eà probatà imponitur silentium ipsi actori; sed non præjudicat processum, ut hic: nisi in casibus de quibus in *cap. 1. de litis contestatione lib. 6.* deinde dicitur quæstio præjudicialis respectu processus: scilicet quia primitus tractandus, & de his loquitur glossa in dicto *cap. Tuam* in verbo *Dependente*. Et hoc modo dici potest præjudicialis omnis emergens: de qua prius debet cognosci & pronunciare, ut de dilatoris dictum est *suprà num. 16.* Rursum hoc modo præjudicialis est intermedium actio, ut in *cap. ultimo infra eod.* Tertio, dicitur actio præjudicialis quoad eligentem alteram de duobus que sibi competere poterant; nam per hoc infert sibi præjudicium in reliqua, *cap. Ut quis duos, infra de elect. & cap. unico de postul. lib. 6.* De hoc in lege *Quid in heridem*, §. *Eligere*, *ff. de tribus actio.* Et hoc modo aliquando etiam exceptio est præjudicialis ipsi excipienti: licet regulariter contra, ut *cap. Nullus pluribus de regalibus juris lib. 6.* ubi de hoc in glossa unica & per Joannem Andream *num. 3.* Quarto, dicitur præjudicialis quæstio respectu iudicis vel ejus jurisdictionis; & de hac loquitur textus in dicto *cap. Tuam* & in *cap. Lator infra qui filii sunt legitimi*; nam quæstio nativitatis præjudicat iudici laico, ne ipsam cognoscat. Item ne in principali procedat, donec quæstio natalium per iudicem Ecclesiasticum fuerit definita: quæ tamen si incidere coram iudice Ecclesiastico, veluti si exciperetur contra electum vel presentatum, confirmandum vel consecrandum, benedicendum vel ordinandum: quod esset illegitimè natus: tunc esset verè peremptoria; & eo casu verum esset dictum Innocenti in dicto *cap. Tuam ad finem vers. scilicet Vel die hanc dilacionem*; quia nec præjudicat processum nec jurisdictioni; sed solum probata infert præjudicium actori in sua petitione quam perimit. Et hanc distinctionem Joannis Andree in effectu sequuntur in dicto *cap. Tuam infra eod.* Henric. Boich. *num. 1.* Bellam. *num. 11.* Butr. *cod. Card. num. 4.* & Abb. *num. 6.* nec ab his discrepat Calder. hic in 3. *quæstione num. 19.* cuius distinctio prolixior est, sed satis clarè; & eam sequitur Anchar. in dicto *cap. Tuam num. 9.*



DE ORDINE COGNITIONUM.

Honorius III. Ludovico Regi Francorum.

CAPUT III.

TUam non credimus latere prudentiam, causam natalium Reginæ Cypri ad examen nostrum (utpotè quæ ad forum Ecclesiasticum pertinet) esse delatam : & infra. Quia verò antequam natalium causa terminata esset, dependentem ex illa successione causam incipere nihil aliud esset, quàm diversis processibus intricare negotium, & confusione quadam iudicii ordinem perturbare : si fortè ab ipsa Regina fueris super hoc requisitus, donec jam dicta causa natalium Apostolico iudicio finem acceperit, patienter expectes.

SUMMARIUM.

1. **C**ausa natalium pendente coram Iudice Ecclesiastico, questio hereditatis per saecularem Iudicem inchoari non debet, & num. 6.
2. Iudicium incipit à liti contestatione.
3. Exceptio illegitimitatis est peremptoria, & suspensiva jurisdictionis Iudicis laici.
4. Et liti contestationem non inducit.
5. Liti contestatio non inducit per exceptionem excommunicationis.
6. Hereditatem petenti obstat exceptio matritatis, qua debet prius coram Ecclesiastico Iudice terminari.
7. Causa natalium ad Ecclesiam pertinet tam principaliter, quàm incidenter & per viam exceptionis.
8. Etiam si de illa agatur post obitum parentum.
9. Iudex laicus de questione spiritali, nec principaliter, nec incidenter potest cognoscere, & num. seq. & num. 15. Etiam de iure Civili, num. 16.
10. Iudex hereditatis cognoscit incidenter de causa statûs, licet de illa principaliter cognoscere non possit.
11. Causa natalium est spiritalis & matrimonialis.
12. Prajudicialis questio fit in causa aliqua supersededenda est in principali, donec prajudicialis terminetur.
13. Sive incidat civilis, quæ præiudicat civili.
14. Sive incidat civilis, quæ præiudicat criminali, & à converso.
15. Sive incidat criminalis, quæ præiudicat criminali.
16. Iudex laicus, coram quo incidit questio natalium, cur debeat supersedere in causa hereditatis. Questio natalium an sit præiudicialis causæ hereditatis ibid.
17. Causa hereditatis prout dependet à questione legitimitatis, non pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum.
18. Nisi coram Papa, vel coram Episcopo habente jurisdictionem temporalem in loco, questio legitimitatis, & hereditatis simul proponatur, & num. 32.
19. Causa principalis, & incidens ubi sunt tractanda coram diversis Iudicibus, pendens incidentis suspendit jurisdictionem in principali & num. 22.
20. Iudex Ecclesiasticus, coram quo pendet questio incidens præiudicialis, potest subire Iudici laico, & ne interim procedat aut processum inchoet super principali.
21. Et inhibito fieri potest sine causa cognitione.
22. Et an processus ante inhibitionem sit nullus, parte non opponente, vel appellante.
23. Iurisdicchio Iudicis an & quando ex incidentia causa prorogetur ad aliam speciem jurisdictionis & num. seq.
24. Quid si species sit unius diversæ animæ, & aliorum graduum.
25. Et quid si talis ex accidenti ratione personæ, num. 34.
26. Et quid si species non sit separata natura, nec altioris, sed inferioris gradus, num. 30.
27. Iudex, qui mixtum & mixtum imperium non habet ratione incidentiæ, vel prorogationis non potest de his cog-

- noscere, quæ sunt meri vel mixti imperii.
28. Iudex laicus non potest etiam incidenter cognoscere de exceptione excommunicationis, simonia, vel intrusivis.
29. Et quid in perjurio, num. 19.
30. Iudex Ecclesiasticus potest de questione temporali cognoscere incidenter vel per reconventionem.
31. Iurisdicchio in temporalibus habitus est penes Ecclesiam.
32. Iudex laicus an possit cognoscere de causa Ecclesiastica per viam reconventionis, & num. seq.
33. Coniunctio ut Iudex laicus sit competens in causa civilis reconventionis contra Clericum servanda est, cum articulus sit dubitabilis, & num. 39.
34. Iudex laicus an possit incidenter cognoscere de causa legitimitatis, si controversia non in iure, sed in facto consistat, & num. seq. usque in finem.
35. Uxoratum questio an pertinet ad Iudicem laicum si sit conventus super factis & non super iure & num. seq. & num. 55.
36. Decimarum causa si sit questio super iure decimarum, spectat ad forum Ecclesiasticum : si vero si super factis, licet sit petatur ut non, nec dubitatur de veribus decimarum, causa tractari potest coram Iudice seculari. Declaratur, num. 62.
37. Auctores pro opinione negativæ expendantur & num. seq. usque ad num. 44. & num. 61.
38. Causa natalium, si sit contentio an quis sit filius huius, vel alterius tractari potest coram Iudice laico, coram quo incidit : si sit contentio an Matrimonium sit contractum, ibid. & num. seq.
39. Libellus in causa legitimitatis qualiter formetur.
40. Iudex laicus, coram quo aliquis accusatur de adulterio si opponatur quod Matrimonium non sit contractum debet hanc articulum ad Episcopum remittere.
41. Legitimitas per subsequens non succedit in feudo, ad quod vocatur nati & preteriti ex legitimo Matrimonio.
42. Intellectus, c. Si Iudex laicus, de lent. excom. lib. 6. & num. seq. & num. 52. & seq.
43. Questio facti an Matrimonium fuerit contractum non videtur esse spiritalis & de iure Ecclesiæ, quàm sit questio facti, an quis fuerit ordinatus, ibidem & num. 52.
44. In spiritualibus Iudex secularis est competens si cadat in laicum activè & questio sit super factis aliis factis, secundum distinctionem inchoantem.
45. Sed contra, num. 49. & seq. usque ad num. 61.
46. Jurisdictionis questio, si sit iuris, si sit facti, ad Iudicem laicum non pertinet.
47. Hæresis crimen est merè Ecclesiasticum etiam si sit questio super factis, & num. 50.
48. Iudex laicus etiam incidenter non potest cognoscere de questione facti an quis sit simoniacus, intrusus, vel baptizatus & num. 51.
49. Iudex laicus nec incidenter potest cognoscere de questione facti an captus inesset in hæresis & tanquam.

54. Facti questio habet complicationem & mixturam inseparabilem cum questione iuris.
55. Postiones super Matrimonio an fieri possint coram Iudice seculari.
56. Confessio etiam spontanea coram Iudice incompetenti non valet.
57. Confensus partium vel consuetudo non removet in capa-

58. Titulum. Continet materiam profundam & legitur dupliciter.
59. Coniunctio in articulo dubitabili propter varietatem opinionum declarat Iudicem competentem.
60. Terminus à Papa vel alio Superiore Iudice Ecclesiastico est presigendus, infra quem natalium questionem prosequatur & de hereditate nullatenus se intromittat.
61. Auctores pro opinione affirmativa expendantur.

TUam. Continet materiam profundam & legitur dupliciter. Primo, scilicet intelligendo questionem natalium fuisse motam principaliter coram Papa, eaque pendente fuisse petitam hereditatem coram Iudice seculari. Et huic lecturæ suffragatur littera ibi, Successionis causam incipere, nec non ibi, Si fortè ab ipsa Regina fueris super hoc requisitus. Quibus verbis Pontifex clarè supponit causam hereditatis coram Rege Franciæ, nondum fuisse inchoatam; & nihilominus questio natalium ad examen Pape jam fuerat delata ut dicitur in principio textus, & juxta hanc lecturam hoc intendit secundum Joan. Andr. & alios post eum. Pendente causa natalium coram Ecclesiastico Iudice questio hereditatis per saecularem Iudicem inchoari non debet. Secundo, legitur intelligendo prius hic fuisse petitam hereditatem coram Iudice laico, & exceptum fuisse de illegitimitate, prout intellexit glossa. Et est communis lectura ut testatur hic Joan. Andr. num. 4. & Butr. num. 17. ver. Advertendum, & hoc modo verbum, Incipere, exponitur id est, incipiam prosequi : & verba, Super hoc requisitus, exponuntur, id est, pro causa prosecutione. Sed quia hæc expositio vim infert litteræ, sustinendum communem lecturam potest dici Iudicium incipere à liti contestatione, quæ dicitur liti exordium & principium causæ, ut legitur, & not. in cap. Super questionem, §. Intentionis, supra de offic. Delegat. in fin. de verbor. significat. & notat Bald. conf. 150. Casus adualiter, num. 2. ver. Ex quo apparet lib. 2. Hinc autem casus quomodo Regina Cypri primo petisset hereditatem coram Rege Franciæ, tamen cum illius adversarius illico oppoierit exceptionem illegitimitatis, quæ peremptoria est, cap. 1. supra eod. & suspensiva jurisdictionis Iudicis laici, ut hic & in cap. Lator infra, qui filii sui legit. Unique per hoc litem non fuit contestatus, ut est text. in cap. 2. & ibi gloss. tenuit. & communitur omnes de lit. contest. lib. 6. cum non habuerit animam litigandi coram Rege, qui potius illius jurisdictionem declinandi, ut notat gloss. ante. ver. Quid est intelligendum, in cap. 1. sup. de lit. contest. ubi etiam Innoc. num. 1. & ibi dixi, num. 39. Unde in litem ille contra agentem in foro seculari reus excipitur, quod sit excommunicatus, per hoc litem non contestatur, nec Iudex secularis potest de huiusmodi exceptione cognoscere, sed debet remittere ad Ecclesiasticum, secundum opinionem Vincentii & communem, ut dicam infra numer. 62. Idem ergo dicendum in proposito. Et hoc sensu verbum incipere, remittit propriam significationem, & salvator communem lecturam, secundum quam textus hoc dicit; Petenti hereditatem obstat exceptio matritatis, quæ debet prius coram Ecclesiastico Iudice terminari. Quisquid tamen sit, quod pertinet ad iuris effectum, uterque intellectus est in se verus, quæ siue questio matritatis prius moveatur coram Iudice Ecclesiastico, siue incidat coram Iudice seculari, solus Ecclesiasticus cognoscit, ut est casus apertus in d. c. Lator infra, Qui filii sui legit. & hic declarat Card. num. 3. ver. Quæstio tamen.

Nota modo ibi, Ad forum Ecclesiasticum, causam Natalium ad Ecclesiam pertinere, non solum si de illa principaliter agatur, sed etiam si incidenter, & per viam exceptionis, ut hic est casus secundum communem lecturam, concordat d. cap. Lator infra. Qui filii sui legitimi : ubi similiter est casus, & hic notat gloss. 1. & in fin. Innoc. in princ. Abb. Antiqui num. 4. Holl. n. 1. & 3. ver. se patet. Jo. Andr. n. 2. Anchar. in 1. not. Abb. Sigillus n. 3. & reliqui omnes, & ita communiter concludi attestatur supra in cap. Decernimus n. 17. supra de Iudic. Quod procedit non modo si de questione matritatis agatur in vita, sed etiam post obitum parentum, quia solus Ecclesiasticus cognoscit, ut cap. 1. 2. & 3. c. Pervenit, c. Per tuam infra Qui filii sui legit. secundum Innoc. ubi supra, Holl. n. 3. & Joan. Andr. n. 2. circa finem.

Rationem principalis conclusionis reddit Innocentius hic n. 1. ver. Sed hoc patet esse, quia scriptum est, quia Deus conjunctus, homo non separatus, Matth. 19. cap. Quos Deus conjunctus, homo non separatus, supra de translat. Episcop. cap. Ergo similiter inter eos non fuisse Matrimonium, non homo, sed in solas, qui vice Dei gerit in teris, potest iudicare, dicit. cap. Lator corporalis, vel cui ipse commiserit, scilicet Episcopus, secundum Abb. Antiqui, hic num. 4. Holl. num. 2. ver. Secunda est, Joan. Andr. num. 1. Butr. n. 15. Abb. Sigillus num. 3.

Vel dic generalem rationem esse, quia de questione spiritali Iudex laicus ob eas in capacitate nec principaliter, nec incidenter, nec per reconventionem potest cognoscere, cap. De crimis & l. Quanto, supra de Iudic. dicit. c. Lator & cap. Consensum 1. & 2. infra, Qui filii sui legit. & notat hic gloss. ut. Innoc. num. 1. ver. Vel dic generaliter, Holl. num. 2. ver. Tertia est & num. 7. in ver. Appellatio Iudicis, Abb. Antiqui in fin. Joan. Andr. num. 1. in fin. Abb. Sigillus num. 3. ver. Vel secundum Innocentium & reliqui omnes, Ripa, in d. c. Decernimus num. 17. ubi de communi.

Atque ita non obstat textus in l. Quoties C. de Iudicis & in leg. 1. c. de ordin. Iudic. ubi Iudex hereditatis cognoscit incidenter de causa statûs, licet de illa principaliter cognoscere non possit, nam in questione spiritali diversæ est ratio propter incapacitatem Iudicis laici, ut in iuribus prælegatis; & est ex mente Abbatis Antiqui d. num. 4. declarat Bald. num. 2. nam secundum eum hic casus erat diversus fori, incompatibilis & derogatorius, quia Iudex secularis non est capax cognoscendi de causis Ecclesiasticis : ibi autem erat capax, quod fultus explicat idem Baldus in l. Quoties num. 1. ver. contra legem nostram & num. 2. C. de Iudic. Explorati autem juris est causam natalium esse spirituales, seu Matrimoniales, quia pendet ex Matrimonio, quod est unum ex septem legis Evangelicæ Sacramentis à Christo Domino institutum & gratiam conferens; Concil. Trid. sess. 24. de Sacram. Matrim. can. 1. Unde ad Vicarium ipsius instituentis, vel ab eo deputatum pertinet illius cognitio, ut hic per Abbatem num. 3. ver. Item 11. Matrimonium. & per Holl. in c. 1. num. 4. infra ut Cler. vel Monach. aded ut si quis dixerit causas Matrimoniales non spectare ad Iudices Ecclesiasticos, anathema sit d. l. sess. 24. cau. ult.

Secundo nota ibi, dependentem ex illa successione causam, quod si questio præiudicialis incidat in causa aliqua supersededenda est in causa principali, donec ipsa præiudicialis questio terminetur, arg. §. Prajudicialis, instit. de Act. Et est ratio, quia probata questione præiudiciali, causa principalis illico est precepta, cap. 1. supra eod. & hic notat gloss. 2. Innocent. num. 1. ver. Potest ergo dici Hotiensi. num. 2. & 5. in ver. Perturbare.

Quod verum est siue incidat questio civilis, quæ sit præiudicialis civilis, veluti si petenti hereditatem obijciatur, quod non sit legitimus : nam de legitimitate prius est cognoscendum, ut hic, & in c. Lator, infra qui filii sui legit. quia si succumbat in questione legitimitatis, non habebit locum hereditatis petitio, cum illegitimus non possit heres esse, cap. 2. c. Quod nobis, c. Referente, & c. Ex rejure, 14. eodem tit. Abb. Antiqui hic n. 2. siue incidat questio civilis, quæ præiudicat criminali, ut si ei, qui gerit se pro libero, & de aliquo crimine accusatur, moveatur questio statûs, ut c. Prius est, §. Aliquando, 3. quest. 11. & notatur in c. 1. supra eodem. Siue incidat questio criminalis, quæ sit præiudicialis civilis, veluti si petenti hereditatem ex testamento accusetur quod testatorem compulerit eum heredem institueret, ut l. Cod. Si quis aliq. test. prohib. Siue demum incidat questio criminalis, quæ præiudicat criminali, veluti si servus Dominum suum de capitali crimine accusaverit : non enim audiri debet, sed decapitari ante litem contestatam, ut in d. §. Si aliquando. Hic enim talibus cognoscendum est prius de questione incidenti, ut hic in gloss. in ver. Dependentem, & per Holl. n. 5. in ver. Perturbare, & Joan. Andr. n. 10. & de his consule Speculat. in tit. de incid. quest.

Tertio nota ibi Iudicium ordinem perturbare : & signa rationem 16 cur Iudex laicus coram quo incidit questio matritatis, debeat supersedere in causa hereditatis quousque legitimitatis questio fuerit terminata : hoc enim non provenit ex eo quod questio natalium sit præiudicialis petitioni hereditatis secundum Innocentium hic ad finem, verficulo Vel dic hanc dilatoriam, sed questio hereditatis differretur, quia causa Matrimonialis non potest agi : nisi coram Iudice Ecclesiastico. Et forsan Iudex secularis non pariter, ut questio hereditatis coram alio quam coram se examinaretur. Ergo necesse est ut hereditatis questio differatur : alioquin cum ille due questiones invicem se contingant, si simul & eodem tempore agerentur coram diversis Iudicibus : accideret possit, ut diversi Iudices circa eandem personam & hereditatem, diversas seu contrarias ferrent sententias : Ecclesiastico scilicet ipsam illegitimam pronuntiantem & seculari hereditatem eidem tanquam legitimam adjudicantem ; & sic legue-

retur absurdus & contrarietas intolerabilis, secundum Innocentium cum qua transit hic Hostiensis num. 3. versiculo Et c. notis in 2. & Abbas num. 6. versiculo Ex quo cum questio...

Quarto nota ibi Super hoc fuerit requisitus: causam hereditariam inter laicos, pro ut descendit a questione legitimatis: non spectare ad Judicem Ecclesiasticum, sed ad Regem in suo Regno; & sic ad Judicem secularium, quando principaliter intentatur in questione legitimatis principaliter intentata, ut hic per Butrium in 2. & 3. notat. & est casus in cap. Casjan, ille secundo infra, Qui filii sint legitimi. Tu die idem secundum Imolam num. 4. Si questio legitimatis incidat in causa hereditatis principaliter intentata coram Judice seculari, ut est textus in dicto cap. Lator, eodem titulo & hic secundum intellectum glossae & communem. Secus autem est, si coram Papa vel coram Episcopo habente jurisdictionem temporalem in loco proponatur simul scriptio natalium & hereditatis, qua potest de utraque cognoscere secundum Innocentium hic circa finem, Hostiensis num. 3. versiculo Si ergo, Joannem Andream num. 5. versiculo Si autem coram Papa, Collectar. num. 2. Butrium num. 17. versiculo Ideo si questio & Abbatem num. 6. versiculo Unde cum hic; & idem Joannes Andreas in cap. Lator super glossam finalem infra, Qui filii sint legitimi: licet Vincentius contra.

Quinto nota ibi, Apostolico Judicio finem acceperit juxta communem lectionem glossae, quod ubi questio incidens & principaliter veniunt tractandae coram diversis Judicibus: tunc perpendenda incidens ipso jure suspendit jurisdictionem super principali, ut hic per Butrium in 4. notat. & est ex mente Hostiensis num. 3. in fine qui exponit verbum Delatum: scilicet eo ipso quod questio natalitatis proposita fuit coram Rege; & sic est casus in quo aliter quam per appellationem suspenditur jurisdictione; & est casus specialis in quo prius pronuntiatur super incidenti quam super principali: licet regulariter contra, ut in cap. 1. supra eodem & lege 1. cod. de ordin. Judic. Sed illud quando coram eodem Judice ambe tractantur secundum Imol. hic num. 4. item est casus in quo peremptoria exceptio vel replicatio: etiam post litem contestatam proposita habet effectum dilatorium, ut per Butrium ubi supra; & vide glossam primam in cap. Exceptionem, infra de exceptione.

Ultimo nota ibi patienter expectet. Judicem Ecclesiasticum coram quo pendet questio incidens ex sui natura praedictalis: posse inhiberi Judici laico, ne interim procedat vel processum inchoet super principali, ut hic. Ex quavis regulariter non mittitur inhibitoria: nisi causa cognita, ut in Auth. in mod. lit. non fieri fac. form. 5. 1. cap. Non solum & cap. Romana de appellat. lib. 6. Et hujusmodi recurrit ad Judicem Ecclesiasticum multoties sicut ad intricandos processus & eludendam jurisdictionem Judicis laici, ut per Federicum de Senis conf. 93. Fallunt quod proponitur num. 6. in fine: tamen hoc casu inhiberi poterit sine causa cognitione, ut hic innuitur & in dicto cap. Lator, qui filii sint legitimi & firmat Lap. allegatione 60. quae incipit Visti litteris num. 7. & Butrium hic num. 9.

Hec enim est potius quaedam declaratio quam inhibitoria; quia jurisdictione Judicis secularis super principali propter incidentiam questionem natalium seu alterius praedictalis, est ipso jure suspensa, ut dictum est supra in 5. notabilis: etiam ante illam inhibitionem Judicis Ecclesiastici; quia sufficit inhibitoria Juris, ut per Federicum de Senis conf. 98. Nicolintus num. 3. vers.

Præterea & num. 5. vers. concludendum & Butrium hic num. 2. vers. Et hoc inhibitoria; & est ex mente Innocentii in cap. Cum M. num. 10. supra de Constitutione; nam secundum eum, quando causa est coram diversis Judicibus quorum unus est inferior, alter superior: ipso jure abique oppositione vel inhibitione revocata est jurisdictione inferioris & cap. Licet de Offic. Legat. cap. Quomodo 3. quest. 6. de quo tamen dictum est, ut hic per Butrium numero 11. vers. Hae videtur & Abbatem numero 11. ubi plene videtur, an processus abique inhibitione sit nullus, parte non opponente vel appellante.

In glossa ultima quæro generaliter, an incidentia causa pro-rogat jurisdictionem Judicis ad aliam speciem jurisdictionis: ita ut Judex, quavis non possit de illa principali cognoscere; possit tamen incidenter vel per viam reconventionis.

Doctores solvant questionem, distinguendo; nam aut queritur an ex incidentia causa prorogatur jurisdictione ad speciem omnino diversam & separatam nature & aliorum gradus; & dicendum est non prorogari: unde Judex laicus de causa ex sui natura spirituali: puta Matrimonii, electionis aut consimilis aut spirituali natura, ut Juris Patronatus; nec incidenter nec per reconventionem potest cognoscere; & ita ad hanc speciem non fit prorogatio, prout hic tenent glossa finalis, Innoc. in principio, Hostiensis num. 3. versiculo Sic patet, Butrium num. 17. versiculo Die quod si querit & communiter Canonibus, ut Abbas testatur num. 9. & probatur inestigabiliter in hac Decretali primo fuit communem intellectum, in cap. Lator infra, qui filii sint legitimi & in cap. Si Judex Laicus de

sententia excommunicationis lib. 7. & idem tenet Bartolus in lege Quoties num. 1. cod. de Judic. dicens hoc procedere etiam de Jure Civili per legem Omnia in novatione, cod. de Sacrosancta Ecclesia: quod etiam dixerunt Hostiensis hic num. 7. versiculo Et hoc est verum & Abbas num. 9. versiculo Et quod supra dixi. Quo fit, ut Judex qui merum & mixtum imperium non habet; sed simplicem jurisdictionem: non possit ratione prerogationis sui incidenter de his cognoscere quae sunt meri vel mixti imperii, ut notat glossa unica in lege Inter convenientes, ff. ad municipalem, Butrium hic num. 17. vers. Ideo non prorogatur & Abbas dicto num. 9. vers. Sicut dicitur in prorogatione. Hinc eum fit, ut si agenti in foro seculari obijciatur; quod sit excommunicatus: non possit Judex laicus de hoc incidenter excommunicationis cognoscere; sed debeat remittere ad Ecclesiasticum: ita Vincentius hic qui idem dicit si obijciatur, quod sit simoniacus, intrusus vel perjurus. Ex sequuntur Hostiensis num. 7. versiculo Quid ergo obijciatur, Joannes Andreas num. 10. versiculo dicit etiam & Abbas num. 9. versiculo Ex quo etiam infertur quiddam contra scriptum Bartolus in lege Titia num. 5. ff. solut. Matrim. licet quod dicitur est de perjurio, Joannes Andreas non credit verum & remittit ad ea quae ipse notat in cap. finali de foro competentis lib. 6. super ultima glossa: de quo vide plenissime Petrum de Anchar. in cap. Ea qua in 3. questione de regali Juris lib. 6.

Aut queritur, an ex incidentia causa prorogatur jurisdictione Judicis ad speciem non omnino diversam; sed alterius nature: sicut quoad habitum, nec aliorum; sed inferioris gradus; & ad illam speciem prorogatur jurisdictione; ideoque si questio temporalis incidat coram Judice Ecclesiastico vel per reconventionem: utique poterit de illa Ecclesiasticus cognoscere, quia jurisdictione Ecclesiastica superior est temporalis & quia habitu in temporalibus jurisdictione est penes Ecclesiam, cap. Casjan qui filii sint legitimi, cap. Novit. de judic. & proinde causa temporalis incidenter, circumscripta causâ sanguinis: potest tractari coram Ecclesiastico, ut hic per Butrium num. 17. versiculo ad diversam autem speciem, & Abbatem num. 9. versiculo Secus autem in his; & tenent Innocentius, Hostiensis & Joannes Andreas supra citati num. 18. Supra scriptam theoreticam potuit Vincentius hic, qui diffinit inter causas quae in sui natura sunt Ecclesiasticae, seu de foro Ecclesiae, ut Spirituales, Matrimoniales & consimiles; & inter eas quae solum ex accidenti & ratione personarum possessionem spectant ad Judicem Ecclesiasticum, ut est causa possessionum Clericorum. Præterea nec incidenter nec per reconventionem tractari possunt coram Judice laico. Secundum verò possunt, ut per eum cujus distinctionem simpliciter sequuntur hic Joannes Andreas, num. 10. vers. Dixit Vincentius & Butrium dicto num. 27. versiculo Quoadque incidit: scilicet ergo Vincentius ratione incidenter vel per reconventionem causis Clericorum quae non sunt Spirituales; vel quae tractantur coram Judice seculari.

Verum Abbas dicto, num. 9. vers. Et quod dicit, approbat quidem sententiam Vincentii quoad incidentem causam; ideoque si Clericus civiliter agat contra laicum in foro seculari, & reus opponat, quod Clericus actor sit filius suus, & sit causa, in qua pater non potest a filio conveniri; utique de hoc incidenter Judex laicus potest cognoscere, quia nihil obstat secundum eum. Sed quoad reconventionem secus patet, quia illa est secunda conventio, & super illa principaliter pronuntiat; unde remittit ad ea, quae scripsit in cap. Si si Clericus de judic. ubi à num. 21. vers. Reslat. ergo, recitat opiniones, & in utraque partem disputat articulim, in causa merè civili procedit reconventio Clerici coram Judice seculari; & post prolixam examinationem concludit pro parte negativa.

Ceterum contrariam opinionem sequuntur glossae, & magis communiter Doctores, quae etiam servatur de consuetudine, ut testatur Joan Andr. in d. cap. Si si Clericus, & cum articulus sit valde dubitabilis propter varietatem opinionum, hujusmodi consuetudo attendenda est, ut idem Abbas fatetur ibid. num. 25. vers. Sed ego, vide de novissime Carol. de Grass. in suo tract. de effect. Cleric. eff. 1. num. 745. ubi pro regula firmat Clericum posse reconveniri coram Judice laico; & plurimus relatis testatur esse veterem & magis communem eamque lex modis ampliat, & duodecim limitat.

Uterius Quæro, an Judex laicus possit incidenter cognoscere de causa legitimatis, si controversia non in jure, sed in facto consistat.

In hoc articulo dux sunt Doctorum opiniones. Prima est eorum, qui putant Judicem laicum esse competentem in incidenti legitimatis quando non agitur de questione aliqua juris, puta an Matrimonium sit validum, sed tractummodo de questione facti, videlicet an Matrimonium fuerit contractum, necne. Ex hujus sententia primo fuit Bart. in l. 2. num. 4. ff. de jurisd. om. judic. ubi ait questionem illam, an fuerit Matrimonium inter patrem & matrem aliquos, esse super

facto, nec esse causam spiritualement: & propterea illam posse expediri per Judicem secularem: secus si sit questio juris, puta quia potest factio pro constanti, nec itaque, an inter eos potuerit esse Matrimonium quia hae questio spiritualis est, nec de illa potest Judex laicus se intrinsecum: & ita intelligit hoc cap. Et cap. Lator infra, qui fil. sint legit. Idem voluit idem Bart. in l. Quoties num. 1. vers. Tamen consuevit, C. de judic. ubi dicit, an quis desponsaverit talem, necne, esse questionem facti, quae nihil habet spiritualitatis; & ideo spectat ad cognitionem Judicis secularis. Sed si esset contentio, an inter eos potuerit esse Matrimonium, vel an sint aliqua verba quae Matrimonium inducerent; hoc spirituale est: & ita loquuntur praelegata cap. secundum

eum. Et idem dicit de usuris: nam si sit contentio super facto, puta, quia creditor dicit se numerasse totam summam in instrumento comprehendam: debitor dicit se non recepisse, nisi dimidium & aliam dimidiam fuisse adjectam in fraudem usurarium: ista questio est facti, in qua nihil est spiritualitatis; sed si partes consenserint pactum & solum dubitatur, an contractus ex tali pacto descendens sit usurarius, hoc spirituale est & spectat ad Judicem Ecclesiae, ut in Clem. 1. de usur. licet ibi hoc non dicatur, sed ponatur exemplum, quando controversatur, an sit solum, vel non, ut quia debitor dicit se solvisse, vel satisfactum esse de fructibus pignoris; hic numer. 3. versiculo. Simile dicitur de contractu usurario; & ante eum Federicus de Senis, consil. 95. Apparet quaedam lex num. 2. hanc Bartoli opinionem sequitur hic Anton. de Butr. numer. 17. vers. Hae vera, dicens Judicem laicum de causa spirituali non posse incidenter cognoscere; & causam dicti posse spiritualitatem, quae spiritualiter agitur, ut quia de jure spirituali contrahitur; secus verò si de puro facto spiritualitatis accidenti, veluti si petenti hereditatem opponatur quod non sit filius legitimus talis, & solum dubitetur, an Matrimonium contractum fuerit de facto: nam de hoc poterit cognoscere Judex secularis, exemplo contractus usurarii: nam si sit questio facti, videlicet an talis sit contractus, necne questionem decidit Judex secularis, sed itante facto si veratur in dubium, an contractus sit usurarius, vel non, cognitio ad Ecclesiasticum pertinet, ut notat Paul. de Elec. in Clem. 1. de usur. Et idem Butr. in c. Causa generale de foro compet. & ibi etiam Marian. Socin. alios adducens num. 19. vers. Secunda principalis opinio. Ergo similiter si sit controversia, an fuerit Matrimonium ad descensionem articuli non spiritualis nec ad spiritualis descendens & ex cuius decisione nihil inferatur ad Matrimonium substantiam, veluti si obijciatur, quod talis non fuerit in potestate, quia inter illam nunquam fuit Matrimonium: Judex laicus poterit cognoscere ad finem hoc decidendi, secundum eum. Eandem opinionem pluribus comprobat & ab objectis tuatur Petrus de Anchar. in resp. cap. Ea qua in 4. qu. de regul. jur. lib. 6. & sequuntur Gemini. consil. 66. Pro declaratione num. 4. Felin. in cap. Causa sit generale numer. 1. vers. In quibus colligit hoc generaliter supra de foro compet. Greg. Auzer. in tract. de past. secular. super Eccl. reg. 4. Fallen. 8. Ripa in cap. Decretum num. 17. de judic. Alexand. alios citens in leg. Titia num. 6. & 7. ff. solut. Matrim. ubi testatur hanc esse communem & veram opinionem, & ibi Barbof. num. 56. Jason in leg. Quoties num. 6. Cod. de judic. ubi etiam ait, illas sequi communiter Canonistas in hoc cap. Tuam, licet ipse dubitet. De communi etiam testatur Covarr. in epit. de Sponfal. cap. 8. §. 12. num. 3. Vilal. in comm. opin. ver. Judex secularis numer. 107. & seqq. & alii apud Farinac. de inquisit. qu. 8. num. 25. alios complures referunt Menoch. in tract. de recuper. remed. 15. num. 338. & novissime Carol. de Grass. in tract. de effect. Cleric. eff. 1. num. 403. & Sanch. de Matrim. tom. 1. lib. 3. disput. 54. num. 4. qui amplius putat, & non bene Judicem laicum posse cognoscere, an Matrimonium sit clandestinum, quasi hae sit questio facti & non juris.

Et est simile in causa decimarum: nam si Reclor petat decimas à laico, & laicus excipiat, quod non tenetur solvere, quia privilegiatus est à Papa, vel quia testatur solvere Matrici Ecclesiae & non Capellae, vel allegat compositionem factam auctoritate Superioris, vel quia petunt decima de talibus rebus, de quibus laicus negat decimas deberi; & sic est questio de jure solvendi: In his & similibus casibus questio ad forum Ecclesiae est referenda: sin autem non sit questio de jure decimandi, veluti si Reclor agat contra predonem frumentum, vel emptorem, quia frumentum non erat decimatum; & sic tranfivit eum onere suo, ut in cap. Pastoralis de decimis: hoc casu dubium non est quoniam Judex secularis contra laicum possessorem potest cognoscere. Et idem dicendum si Reclor petat res sacras ad Ecclesiam pertinere sibi subtrahit, vel ab aliquo detentas vel si Reclor compelli abolutionem decime subtrahit, vel ad illas & limitationem ob eo, qui tenetur solvere decimam Fagnani II. Lib. Decretal.

& sic sola compulsio postulatur, quae in facto consistit. His enim casibus bene potest Reclor Ecclesiae adire Judicem secularem. Ita ex facto respondit Feder. de Sen. conf. 245. incip. Domino Andreas per tot maxime num. 3. vers. Sine praedictio. Et idem dicit conf. 96. Apparet quaedam lex num. 3. vers. Sic dicam: quem refert, & sequitur Anchar. hic num. 13. Facit quod notat Joan. Andr. in addit ad Speculat. in tit. Qui filii sint legit. ver. Prajudicalem intera l. ubi quod si petatur uxor, ut uxor, & non dubitatur de viribus Matrimonii, hae causa tractari poterit coram Judice seculari, prout eum sic refert Butr. num. 20. vers. Per hoc dicit: Quin imò Bart. in d. l. Titia num. 5. ff. solut. Matrim. amplius videtur voluisse, ut etiam si dubitaret de substantia Matrimonii; hoc est, an legitima sint nuptiae ad effectum legitimatis filii, cum non decidatur questio Matrimonialis, nec aliqua ex illa descendens, quae sit spiritualis, sed omnino ab illa separata, poterit Judex secularis cognoscere; alius sequeretur, ut nec posset cognoscere de excommunicatione, sacrilegio, aut heresi si opponeretur, secundum eum. Sed certe dictum Bartoli non admittitur Canonista, ut inquit Butr. num. 20. vers. Sed plus sentire, & de exceptione excommunicationis satis dictum est supra, num. 28. Et longè minus admittitur quod ait Cinus in l. Si contra & l. Si vicinis, cod. de nupt. in leg. Cum ancillis, cod. de incest. nupt. & in l. fin. cod. de inter Matrim. videlicet questionem legitimatis spectare ad Judicem secularem in quantum agitur in finem hereditatis temporalis. In hoc enim Cini. male loquitur & contra Canonem, ut hic per Butrium d. num. 29. vers. Licet Cinus.

Contrariam opinionem arbitror esse communem, ac de jure veriorum. Quod sit communis patet, quia illam sequitur primò hic Juris communis Canonici illuminator Joan. Andr. num. 9. ubi ait, Questionem natalitatis ad Judicem Ecclesiasticum pertinere, cum aliqua incidit dubitatio circa Matrimonium, an fuerit legitimum, an non. Si vero nulla de hoc dubitatio defertur, ut si petenti hereditatem coram Judice seculari possessor opponat, quod non sit filius illius cuius hereditatem petit, sed alterius, & sic dubitatur de facto an scilicet istius, vel illius sit filius, tractabitur hae natalitatis questio coram Judice, coram quo incidit l. 2. cod. de ordin. Judic. Hae Joan. Andr. qui ut videtur clare distinguit, an questio facti implicet solum dubitationem filiationis, an scilicet actor sit filius istius, vel alterius; & tunc Judex laicus cognoscet, an verò implicet dubitationem circa Matrimonium; & tunc non solum si dubitatio sit circa jus, videlicet an Matrimonium sit legitimum, sed etiam si sit circa factum, id est, an Matrimonium de facto fuerit celebratum, cognoscet solum Judex Ecclesiasticus: allegat Goffredum idem dicentem, & subdit, idem tenet Hostiens. hic qui num. 7. eodem modo distinguit questionem facti circa legitimitatem, seu Matrimonium à questione facti circa filiationem, ita ut in secundo casu tantum cognitio sit Judicis secularis: eodem modo loquitur Archid. in capite. Bene quidem num. 8. 96. dist. dicens Judicem laicum non posse de causa Matrimonialis etiam incidenter cognoscere, quando super questione natalium aliqua incidit questio seu dubitatio circa Matrimonium; Secus si dubitetur de facto, an quis sit filius hujus, vel alterius & similiter allegat Goffredum, neque ab hac distinctione differit Federic. de Sen. conf. 96. incipiens. Apparet num. 3. vers. Sed dicitur Joan. Andr. Quam etiam amplectitur Cardin. hic in gloss. ult. n. 5. dicens, cognitionem natalium ad Judicem Ecclesiasticum filiationis verò ad laicum pertinere & spiritus Bellam. num. 31. in opposit. ubi ait: Cum queritur, an de questione natalitatis possit cognoscere Judex secularis, distinguere habet, quia aut incidit questio circa Matrimonium, an fuerit legitimum, vel non; & tunc indubitatim est, quod solum Ecclesiasticus Judex de hoc cognoscet & judicabit. Aut nulla de facto dubitatio defertur de hoc, sed de filiatione id est, an petens hereditatem sit filius istius, vel alterius; & tunc coram Judice seculari hae natalitatis questio tractabitur, coram quo incidit. Et sequitur hic Petrus de Anchar. num. 12. vers. Præter hoc Bart. ubi contra Bart. videtur tenere opinionem Baldi magistri sui, licet subdat, quod itante consuetudine, secundum quam sunt quotidie probationes super Matrimonio coram Judice laico, potest etiam de jure defendi, ut valeant non tanquam probationes factae in iudicio, sed tanquam probationes factae extra iudicium ad indaginem veritatis & pro informatione Judicis. Similiter Imol. hic num. 7. vers. Sed advertit, affert Joan. Andr. tenere contra Bart. & Butr. nam vult, ut qualitercumque sit questio, de Matrimonio, sic & sit questio, an sit contractum, necne, illa questio sit tractanda coram Judice Ecclesiastico per illum textum & subdit quod idem videtur voluisse Bald. in l. Omnia cod. de Sacrosanct. Eccles. Et propterea hae opinio servaretur in practica. Rursum verba Joan. Andr. recitat & sequitur Abb. hic num. 10. Hoc etiam est ex mente Innocentii hic num. 1. vers. Sed hic potest esse, dum ait inter

abique non fuisse matrimonium, non hominem, sed solum Dei Vicarium posse iudicare; Verba enim illa non fuisse matrimonium, magis respiciunt d. bium facti, quam iuris. Similiter paulo infra docet in causa legitimitatis coram iudice Ecclesiastico sic posse formare libellum, videlicet, Cum pater meus non fuerit maritus, de quo genuit talem, peto ut iudicetis eam non legitimam. Pondera illa verba, *Cum pater meus non fuerit maritus*, quae itidem non ius, sed factum ipsum respiciunt. Et nihilominus Innocentius censet hunc articulum esse tractandum coram iudice Ecclesiastico. Idipsum est ex mente Speculatoris in tit. de Reconvencione §. 2. n. 2. ubi ait iudicem laicum, nec incidenter posse cognoscere de causa Matrimoniali, quando contentio agitur, an aliqua sit uxor, vel non, & pariter hoc volunt probare, sed causam esse ad Episcopum remittendam. Et subdit idem tenere Vincentium in c. Tua, il primo de decim. Et hanc declarationem Speculator sequitur Bald. hic n. 1. allegari etiam possunt pro hac sententia Calder. & Anchar. ut dicam infra n. 55. eamque ex professo ruerit Decius in d. cap. Decernimus a n. 188. de iudic. licet Alexan. assertionem secutus, perperam crediderit contrariam esse communem.

Ex quibus risallor, eviderent apparet hanc esse opinionem Canonistarum ferè omnium, & hallucinatum fuisse Salomonem in d. l. Quoties, n. 7. C. de iudic. dum dixit contrariam opinionem sequi communiter Canonistas in hoc cap. Tuam: nam verè illam hic nemo sequitur, nisi solus Anton. de Butr. ut clarè ostensum est supra n. 2. & patebit infra n. 61. De Legitis vero quamvis parum fit curandum, cum hic fit mensis Canonistarum: tamen contra Bar. tenet Baldus in l. Quoties n. 3. Cod. de iudic. ubi concludit, siue questio sit facti, siue iuris, cum sit Ecclesiastica non pertinere ad iudicem secularem illius discretationem, vel iudicium etiam incidenter. Et loquitur tam in questione natalium, quam usurarum, & infra n. 5. format hanc questionem.

Pone quis accusatur de adulterio coram iudice seculari; oportet probare Matrimonium: coram quo iudice huiusmodi probatio sit faciendâ? allegat Bar. dicentem hanc probationem fieri debere coram iudice seculari, quia hæc est mera facti inquisitio, quæ ad eum pertinet: alioquin pauca lites essent, quæ iudex laicus posset per se expedire, quod esset absurdum. Sed tandem Bald. concludit oppositum, quia cum illa causa incidens sit causa spiritualis, & pertineat ad diversum forum: de iure Canonico articulus iste necessariò est probandus coram Episcopo secundum regulas Canonistarum. Idem firmat Raphael Cuman. Imol. & Dec. in d. l. Titia, ff. solut. Matrim. & ibi etiam Roman. ubi generaliter ait, omnem causam spirituales siue incidat questio facti, siue iuris, pertinere ad iudicem Ecclesiasticum. In eadem sententiam, id est, iudicem laicum non posse cognoscere de causa Matrimoniali, etiam si incidat questio facti, magis propter Covarr. in 4. Decretal. in 2. par. cap. 8. §. fin. n. 3. & eam tenet, & latè defendit Bolognet in leg. 2. n. 48. & 49. ff. de iurisdic. omnium iudic.

Quod autem hæc opinio sicut est communis, ita etiam sit de iure verior, probatur primò in hac Decretali, ubi causa natalium dicitur simpliciter ad forum Ecclesie pertinere, nec distinguatur, an sit questio iuris, vel facti.

Nec urgeat consideratio Ancharani in cap. Ea qua in 4. qu. vers. Eodem modo ut credo, de reg. iur. lib. 6. & Barbol. in leg. Titia num. 36. ff. solut. Matrim. videlicet quòd hic textus loquitur in Regna Cypri, quam non est verisimile natam fuisse ex personis, de quibus dubitaretur, an de facto contraxissent Matrimonium, quòd inter Regem, & Reginam non poterat esse notorium, sed solum an fuisset legitimum, fortè propter impedimentum, quòd inter parentes poterat esse occultum; & sic vertebatur questio iuris, non facti.

Quoniam hoc est divinare, & fortè communiter credebatur inter parentes Regine Matrimonium intercessisse; & ita in Regno de hoc non erat dubium, sed tamen adversarius contendebat de tempore natiuitatis Regine inter eos non fuisse Matrimonium, puta quia post illius natiuitatem pater desponsavit uxorem secretò, ut ejus sine esset consultum, neve fieret commotio in Regno. Et fortalè successio in Comitatu Campanie requirebat, ut filii essent nati, & concepti ex legitimo Matrimonio, quo casu non admittuntur legitimi per subsequens, quia vitium est in radice, secundum opinionem, quam sequitur Rota, ut apud Cardin. Seraph. decis. 1300. in fin. & in causa Parmen. Status 26. Martii 1618. coram Cardinali Sacro. Et sic potuit esse questio facti, non iuris: & alii etiam casus poterunt contingere, quos satis esse fuisse possibiles, ut textus sit generatè intelligendus.

Secundò, pro hac opinione pondero textum in cap. Per tuas infra, qui filii sint legit. ubi non controversabatur, an Matrimonium esset validum, necne, sed an fuisset contractum; & idèò receptis testibus iudex comprobavit Matrimo-

onium fuisse contractum in Capella S. Sergii & sic erat questio facti incidenter objecta ad effectum successioni: & tamen causa à iudice laico fuit remissa ad Ecclesiasticum, ut ibi notat gloss. in ver. Communis.

Tertio, pro hoc parte validissimè stringit textus optimus in c. Si iudex laicus, de sent. excomm. lib. 6. ubi solum erat questio in facto, videlicet an deprehensus in crimine esset Clericus, necne, & sic an fuisset ordinatus: & tamen de hac questione facti non cognoscit iudex laicus etiam incidenter, ut ibi deciditur. Ergò idem dicendum in questione facti, an Matrimonium fuerit contractum, vel non: non enim est minus spiritualis, & de foro Ecclesie causa Matrimonii, quam sit causa Ordinis, cum utrunque sit Sacramentum novæ Legis à Christo Domino institutum, & gratiam conferens, ut dixi supra n. 10. Undè licet questio facti, an quis fuerit ordinatus, est Ecclesiastica, & spiritualis, ut dicitur in d. c. Si iudex, de iur. excomm. lib. 6. nam dum decidit iudicem laicum non posse cognoscere de questione facti, an quis fuerit ord natus eam reddid rationem, quia est de re Ecclesiastica & spirituali, de qua, ut ibi ait gloss. in ver. Spiritualis, iudex laicus nec principaliter, nec incidenter potest cognoscere; & allegat in spec. e textum notandum, non obtineat sententiæ hæc duo capitula à pari procedere, ut si iudex laicus non potest incidenter cognoscere, de questione facti, an Ordo fuerit collatus, ut in d. cap. Si iudex, ita nec de questione facti, an Matrimonium fuerit contractum, ut hic.

Verum Anchar. in d. cap. Ea qua n. 10. circa finem, 45 vers. Ad hoc dico, de regul. iur. lib. 6. ut evaderet declinationem d. c. Si iudex laicus, excogitavit subtilem distinctionem, dicens spiritualia dupliciter considerari. Quædam enim sunt spiritualia, quæ nullo modo cadunt in laicum activè, ut eligere, Ordines conferre, excommunicare, Ecclesiam possidere, & de his etiam sit questio super facto, nec incidenter cognoscit iudex laicus. Et in his terminis procedit textus in d. c. Si iudex, & alia exempla superius adducta; quia nec in suis subjectis illa cadunt quòd omnem effectum activè. Quædam vero sunt spiritualia, quæ cadunt in laicum etiam activè, ut Matrimonia contrahere, liberos procreare, & huiusmodi. Et in his sit fit questio super facto, laicus videtur iudex competens, quoniam ejus rei sui subditi sunt capaces; & propterea de iuramento, & usura, quæ sunt in usu laicorum, si sit questio facti, iudex laicus potest cognoscere, ut idem Anchar. firmavit in d. c. Ea qua in 2. & 3. questione. Quædam denique non sunt spiritualia, sed spiritualibus annexa, ut ius patronatus, & hæc quamvis activè cadunt in laicum, tamen quia eis conceditur ex gratia; idcirco de hac gratia iudex, scilicet Ecclesiasticus, cognoscit. Confirmat Anchar. suam distinctionem ex participatione in punitione criminum, quam habet iudex secularis cum Ecclesiastico, nam licet sit criminis Ecclesiasticus, tamen Ecclesia habet iudicem laicum pro competente, ut in c. Cum sit generale, de foro compet. Cum enim cadant in laicum activè, merito iudex laicus potest in eum animadvertere. Fallit secundum eum in crimine hæresis, quia est merè Ecclesiasticum, ut dicitur in c. Ut inquisitionis §. Prohibemus, de hæretic. lib. 6. Hæc igitur est ejus conclusio, quòd spiritualia, vel spiritualibus annexa, quæ de viros Ecclesiasticos conferuntur, & ministrantur, & de quibus ipsi tantummodo sunt capaces activè, & passivè, sunt de foro Ecclesie præcisè etiam incidenter: mota in illis vero spiritualibus, de quibus activè laici participant, ut sunt Matrimonia, iuramenta, crimina, & consilia iudex laicus est competens, cum est questio super facto: quam distinctionem sequuntur Arnold. Albertin. in tract. de agnos. assert. Cathol. qu. 25. nu. 54. Farinac. de inquisit. qu. 3. num. 20. & Carol. de Grad. de effect. Cleric. offic. 1. nu. 403. ubi alios allegat.

Sed certè hæc distinctio videtur magis subtilis, quam verà: non enim subsistit secundum membrum, quòd in spiritualibus, quæ cadunt in laicum activè, iudex secularis sit competens, cum est questio super facto: nam de instantia, de simonia, quæ proculdubio cadit in laicum activè, c. Reperiuntur l. qu. 1. cap. Cum essent infra de simonia, & tamen de questione facti, an laicus sit simoniacus, iudex secularis non cognoscit etiam incidenter, secundum opinionem Vincentii, quam sequuntur omnes, ut dictum est supra n. 28. Similiter de questione facti etiam incidenter mota, an quis sit intrusus, iudex laicus non potest cognoscere, ut dicitur in d. c. Si quis ex Episcopo 79. distin. cum siml. De crimine autem hæresis hoc fatetur Anchar. quia nec super facta iudex secularis est competens, & est text. in cap. Secundum Aristotolum, de hæret. lib. 6. Nec relevat replicatio, quòd simonia, & hæresis sint crimina merè Ecclesiastica, ut ex præleg. §. Prohibemus: nam ego dico, & causa Matrimonii est merè Ecclesiastica, ut fuit ostensum est supra in c. notat. Ergò ex eo, quòd Matrimonium cadat in laicum activè, non sequitur, ut iudex secularis possit cognoscere etiam incidenter questio facti; sicut non sequitur, si simonia, & hæresis cadunt in laicum activè, ergò in illis super facto iudex secularis est competens. Quod plura à Baptinuz adque d. abio cadit

in laicum activè, quia laicus etiam Paganus, & Judæus valide baptizant. c. Romanus, de consecr. distin. 4. cum concord. & tamen iudex laicus non auderet cognoscere de questione facti, an quis fuerit baptizatus, necne, arg. cap. ult. in fin. cum ibi notatis infra de Presbit. non baptiz. c. Si quis per ignorantiam l. qu. 1. Ergò non idem in Matrimonio, quòd est Sacramentum magnum, cap. Debitum de ligam. Concil. Trid. sess. 23. de Sacram. Matrim. c. 1. & quamvis sit contractus civilis, tamen postquam fuit à Domino elevatus in Sacramentum, prioris evalit omnem potestatem secularem, ut plene scripti in cap. 1. n. 21. infra de cognat. spirit.

Ex his patet non esse faciendam vim, an materia cadat in laicum activè, vel passivè, sed tantummodo an res, circa quam incidit questio facti, sit spiritualis, quia tunc nec de ipsa questione facti iudex laicus potest cognoscere. Et hoc aperte innuit litera d. c. Si iudex, de sent. excomm. lib. 6. nam dum decidit iudicem laicum non posse cognoscere de questione facti, an quis fuerit ord natus eam reddid rationem, quia est de re Ecclesiastica & spirituali, de qua, ut ibi ait gloss. in ver. Spiritualis, iudex laicus nec principaliter, nec incidenter potest cognoscere; & allegat in spec. e textum notandum, non obtineat sententiæ hæc duo capitula à pari procedere, ut si iudex laicus non potest incidenter cognoscere, de questione facti, an Ordo fuerit collatus, ut in d. cap. Si iudex, ita nec de questione facti, an Matrimonium fuerit contractum, ut hic.

Et stringit argumentum, quia textus in d. cap. Si iudex, locum habet non tantum super questione facti, an quis sit Clericus, sed etiam super questione, an captus in celleris in habitu & tonsura, sit remittendus ad iudicem Ecclesiasticum, quæ minis videtur habere spiritualitatis annexum, & nihilominus de hac questione facti non cognoscit, iudex Ecclesiasticus, ut ex communi sententia latè probat Covarr. ff. de quæst. cap. 33. num. 1. & alia consulti Sac. Congregatio Cardin. Trident. Concilii Interpretum. Ergò multo magis debet cognoscere iudex Ecclesiasticus de questione facti in qua incidit igitur desitio Matrimonii Sacramento, scilicet an fuerit contractum.

Rationem huius conclusionis assignat Decius in c. Decernimus, n. 188. vers. Sed contra communem supra de iudic. nempe quia ex facto suo oritur, leg. Si ex plagis §. ult. ff. ad leg. Aquil. Undè questio iuris à questione facti videtur separari non potest, & facti enim questionem sequitur questio iuris & questio facti necessario habet mixturam & complicationem inseparabilem cum iuris questione, ut Fulgol. tradit in cap. 133. incip. In questione circa finem. Et ratione contentus est mixtura hoc totum est deferendum ad iudicem Ecclesiasticum, tanquam dignoscens, cap. Quanto supra de iudic. & in simili. notat Bar. in l. Præcipimus, ff. eodem observando num. 1. Cod. de appell. Rursus questio facti ad questionem iuris ordinatur. Undè de illa idem, quòd de questione iuris est iudicandum, ut idem Bar. tradit in simili in l. Solent num. 14. ff. de olim & citat. legat. Non obstat responsio Saloni in l. Quoties num. 7. Cod. de iudic. quam citat verissimam Papa in d. cap. Decernimus num. 17. videlicet quòd licet ex causa oritur ius, non tamen oritur spiritualis, de quo contenditur; & quamvis causa facti spiritualis sit, tamen de causa facti non disceptatur, sed de ipso facto; & hinc apparet qualiter facti esse separabile à questione iuris, licet questio iuris à facto separari non possit. Id, inquam non obstat, quia contrarium convincitur ex d. cap. Si iudex laicus, de sent. excomm. lib. 6. ubi questio facti, an quis sit Clericus dicitur esse de re Ecclesiastica & spirituali; & propterea ad iudicem Ecclesiasticum pertinere; & tamen ibi non disceptatur de causa facti, scilicet de Ordine ipso, sed solum de facto, id est an Ordo fuerit collatus. Ergò quando causa facti est spiritualis, etiam factum ipsum propter commixtionem reputatur spirituale & spectat ad forum Ecclesie.

Rursus non obstat, quòd in causa usurarum iudex laicus sit competens etiam incidit questio super facto, ut contrarius: nam responderet primò hanc esse arduam questionem, in qua sunt varis Doctorum sententiæ, quæ examinat Marian. Socin. in cap. Cum sit generale a num. 19. vers. In ea glossa ubi usurarum supra de foro compet. & nihil concludit, sed cogitandum relinquit; sic tres principales opiniones prosequitur ibi Felicit. num. 1. Sed alio verior sit illa opinio, quòd iudex laicus possit procedere ubi questio facti est omnino abstracta à questione iuris, quam dicit communem & tenet Aristot. Abb. in d. cap. Cum sit generale numer. 17. Tunc dico non licere arguere à causa usurarum ad causam Matrimonii, seu legitimitatis: quia causa usurarum à plenius dicitur esse mixti fori sicut perjurii, sacrilegi & adulteri: & propterea in predictis criminibus iudex laicus est competens non solum incidenter, sed etiam principaliter, & est locus præventionum notatur omnes in d. cap. Cum sit generale, & scripti plene in cap. 1. num. 39. infra de adulter.

At causa Matrimonii, seu legitimitatis est merè Ecclesiastica & de foro Ecclesie & de illa nec principaliter, nec incidenter iudex laicus potest cognoscere; & ut textus rotundus hic & in cap. Lator, & in cap. Caspan. si. scilicet infra qui filii sint legitimi, & abundè ostensum est supra in l. not. & num. 45. Ergò non est simile. Et hoc pro hac differentia adduco in terminis Calder. in cons. 3. in causa usurarum, de iudic. ibi enim concludit iudicem laicum posse incidenter cognoscere de crimine usurarum, si questio sit super facto & non super iure, quia causa usurarum non est merè spiritualis, sed mixta, sicut sacrilegium: & sub num. 1. constituit differentiam inter causam usurarum & questionem legitimitatis, cuius cognitionem dicit includere causam spirituales, quæ est iudici laico prohibita; & allegat hoc cap. cum concord. & eodem modo loquitur Petr. de Anchar. cons. 236. Inherendo argumento num. 2. vers. Sed quia istum.

Rursus non obstat, quòd si hæc opinio vera esset, non posset salvari communis prædicta, quæ habet, ut super Matrimonio quotidie fiant positiones coram iudice seculari, quòd talis & talis fuerunt Maritus & uxor, & quòd talis est eorum filius legitimus, ut attestant Anchar. in d. cap. Ea qua in 4. quæst. vers. Et si hæc opinio de reg. iur. lib. 6. cap. Essent enim ipso iure nullæ, quia coram quo iudex non tenet probatio, non tenet coram eodem facta confessio, cap. At si Clerici de iudic. Nec tollit obicem responsio Bald. in d. l. Quoties num. 4. de iudic. quòd si pars spontè respondeat, & fateatur Matrimonium coram iudice laico tenet, confessio. Sed potius velit remitti ad Episcopum, non cogitur respondere, ex notatis per Innocent. in cap. Perquisitionem, de elect. & in cap. Placuit, de rescript. spotis, ubi quod valet confessio, licet processus sit inordinatus, & per specul. in tit. de reconvenc. §. 2. numer. 2. ubi quod textus noster habet locum, quando proceditur per viam exceptionis, licet si nulla sit contentio, vel exceptio. Quoniam ut replicat Anchar. in d. quæst. 4. vers. Postea n. 38 dixi, & Dec. in d. cap. Decernimus num. 186. de iudic. cum laicus sit incapax spiritualium, cap. Quænto cod. tit. cap. Sacrosancta de elect. prædicta confessio uicunque spontanea non valet, quia consensus partium in his nihil operatur, nec potest incapacitatem iudicis removere, cap. Si diligenti de foro compet. Et dictum Speculat. non videtur probabile secundum eos, nec consuetudo in his spiritualibus quinquam operatur itante incapacitate iudicis laici, c. Masjana, & d. c. Sacrosancta de elect. Sed huic obiectio ego respondeo communem prædictam hoc casu salvari posse in vim consuetudinis, quia negari non potest, quin principibus questio utrum iudex laicus possit recipere probationes super facto an Matrimonium sit contractum reddatur valde dubitabilis ex tantorum Doctorum opinionibus argumento eorum quæ notat gloss. in cap. 1. in ver. Probabilior, de postul. Præl. lib. 6. & gloss. 1. in l. Regala §. de iur. & facti ignoran. Ergò consuetudo attendenda est, cum sit optima legum interpret, cap. Cum dilectus, de consuet. l. Si de interpretatione, ff. de legib. Ad quòd allego Abb. in cap. At si Clerici num. 25. vers. Sed ego de iudic. ubi quamvis teneat iudicem non esse competentem in causa civili reconvencione contra Clericum: tamen concludit valere contrariam consuetudinem, cum ille articulus sit valde controversus, ut tenet supra num. 35. Item iura, quæ tollunt consuetudinem, non videntur tollere interpretatam, ut dixi in cap. 1. num. 35. & 36. supra de consuetud.

Nec prædictis obstat consideratio Bartol. & Anchar. quòd si hæc Decretalis intelligeretur etiam in questione facti, pauca lites essent quæ iudex secularis posset per se expedire & sequeretur correctio multarum legum, quæ tractant de patria potestate, vel de ejus effectu ut sunt tractatus de exhereditia sui heredis, de liberis exhibendis & educandis, de liberis agnoscendis, item tractatus de acquisitione utriusque fructus in bonis suis & ipsorum administratione: omnes enim huiusmodi cause, in quibus revocaretur in dubium Matrimonium, à quo causatur patria potestas, ex quo ascendunt & alii infiniti effectus, essent de foro Ecclesie, & sic per hunc modum indirectum infinite cause laicorum deducerentur ad Ecclesiasticum forum & per consequens tota iurisdic. tio secularis aboleretur: quòd esset valde abominum. Quoniam ut formaliter responderet Bald. in d. l. Quoties num. 5. vers. Aliis nisi sic eod. de iudic. cum ita causa hic dicitur causa spiritualis & pertinet ad diversum forum de Jure Canonico, articulus iste necessariò est probandus coram Episcopo, secundum regulas Canonistarum. Nec propterea sequuntur absurda, quæ Anchar. considerat: nam ut inquit Innocent. hic circa medium, certus prægretur terminus à Papa, vel alio Superiorè, infra quem iudex Ecclesiasticus natalium questionem prosequatur & de hæretitate nullatenus se intromittat, sed Regi dimittat; & probatur clarè in cap. Lator qui filii sint legit. atque ita & nihil aboleretur iurisdic. tio secularis, sed solum ad modicum tempus suspendatur.

Ex contrario autem multo plures sequuntur absurditates nam plerumque oportet coram Iudice laico discutari de questionibus, an ad Matrimonium probandum requiratur vera probatio per desponsationem in facie Ecclesie: an vero sufficiat presumpta & in specie an probetur per annuam subsecrationem, vel per instrumentum dotis; Item an probetur per famam viciniaz, vel per confessionem, & tractatum conjugum; & quid si fama opponatur confessioni & tractatui, vel si conuersio; item an probetur ex copula subsecuta post sponsalia vel ex osculis, amplexibus & manibus; aut ex tradicione mulieris ad domum viri post sponsalia de futuro anve testes super his recipiendi debeant esse omni exceptione maiores. Huiusmodi enim articuli non respiciunt questionem juris, an Matrimonium sit validum, sed questionem facti, an Matrimonium fuerit contractum; & ideo si de his testis deponeret, utique oporteret Iudicem laicum cognoscere, an inde resisteret Matrimonii probatio: & tamen nemo sani capitis non videt, quam sit absurdum, & hæc, & consimiles questiones discutantur & terminentur in foro seculari.

Postremo non obstant Auctores citati pro contraria sententia: nam de autoritate Bart. alioquin gravissima non multum est curandum, cum hæc materia sit decidenda secundum regulas Canonistarum; & nihilominus illi opponitur Baldus & alii complures Jurisæ citati num. 40. Ex Canonibus vero Joan. Andr. ad Specul. supracitatus num. 4. debuisse potius allegari pro hac sententia: nam declarans dictum Goffredi, quod si uxor sui controverliam facit marito illam repetenti, locum habeat officium iudicis, etiam secularis: dicit hoc esse intelligendum, ubi Matrimonium sit contractum, officium iudicis secularis: locum non habet,

Gemin. quamvis videatur sentire præ opinione contraria; tamen inuitur autoritati Goffredi & Joan. Andr. qui clarè dicunt oppositum ejus, ad quod per eum allegantur. Felinus disputat questionem de usura & inde infert ad Matrimonium absque ulla articuli discussione & tamen casus non sunt similes, ut ostensum est supra num. 55. Marian. Socin similiter non loquitur de questione facti super Matrimonio, sed super usura. Et ita etiam loquuntur Auctores citati ab Alexand. & Monach. & præcipuè Abb. in c. Post miserabilem in 1. notab. de usur. & in cap. Cum sit generale num. 17. de foro compet. Conuarr. potuisset aptius allegari pro hac sententia, quia tandem concludit consultus fore, ut pars cuius interest, petat à Iudice Ecclesiastico, ut sibi assumat cognitionem, an Matrimonium sit contractum & iudici laico inhibeat, quod etiam consuluit Gerardus sing. 96. Anchar. verò hic videtur uoluisse contrarium ejus, quod uoluit in d. c. Ea qua, ibi enim tenuit coram Iudice laico posse fieri probationes super Matrimonium quando contentiosè agitur, an Matrimonium etiam sit contractum; & reprobat dictum Speculatoris, qui dicebat Iudicem laicum non posse cognoscere de causa Matrimoniali, quando contentiosè agitur, an aliqua sit uxor, vel non; sed solum quando nulla est contradicção, vel discrepatio: hic uero tenuit huiusmodi probationes tantum ualere ut factas extrajudicialiter. Itaque ex Commentatoribus solus Anton. de Butt. ex professo amplectitur opinionem contrariam, cui ego oppono Goffredum, Hostiens. Joan. Andr. & reliquos Canonistas ferè omnes. Ex quibus patet, non esse tutum in practica ab hac opinione discedere.



DE CAUSA POSSESSIONIS

ET PROPRIETATIS.

Innocentius III. Archiepiscopo, & Canonicis Sutrinis.

CAPUT III.

Cum Ecclesia Sutrina Pastore vacaret, vos convenientes in unum, & (sicut moris est) Spiritus Sancti gratia invocata, Pastorem unanimiter elegistis: petentes ipsius electionem à Sede Apostolica confirmari. Verum Clerici Conuentualium Ecclesiarum civitatis ejusdem, consequenter suam deposuerunt querelam: quod cum in Episcoporum electionibus, ipsi ac prædecessores eorum consueverint interesse, eos eis renitentibus & exclusis, ad electionem procedere præsumpserint: quam ob hoc non confirmari, sed infirmari potius postulabant. Partibus igitur apud Sedem Apostolicam constitutis, in auditorum præsentia testes utrinque producti fuerunt: & eorum positionibus publicatis, pars Canonicorum per testes à se productos intentionem suam; quod ad eos tantum spectaret electio; sufficienter dicebant esse probatam: Parte Clericorum nihilominus asserente, quod per dicta testium, quos prodixerant, & ipsi assertionem suam (quod electioni Pontificum interesse deberent) plenius probavissent; per quæ constare dicebant, eos electionibus trium Episcoporum, [qui Ecclesie Sutrinæ ultimè & immediatè præfuerant] cum Canonicis Cathedralis Ecclesie affuisse, uocemque habuisse cum aliis eligendi. Nos igitur [quoniam deprehendimus testes vestros in perhibendis testimoniis varios extitisse: atque aduersus fidem attestationis suæ coram auditoribus vacillasse; & quod negativam quodammodo alruere satagebant, probare volentes jus electionis ita ad vos spectare, quod ad aduersarios minimè pertineret: Per testes uero partis aduersæ fuit sufficienter ostensum, quod in trium Episcoporum electionibus, de quibus præmissum est, Clerici præsentibus affuerint, & uocem habuerint eligendi] præmissam electionem factam eis contradicentibus & exclusis, decreuimus irritandam, Clericos sæpe dictos in eam quasi possessionem [quam ante controverliam motam habuerant] reducentes. Verum quoniam in questione prædicta, quidquid juris utraque

pars in electione habebat, deductum in iudicium uidebatur, cum jure civili sit cautum, id venire in iudicium, non solum de quo actum est, ut veniret: & secundum statuta Canonica electiones Episcoporum, ad Cathedralium Ecclesiarum Clericos regulariter pertinere noscantur, nisi alibi secus obtineat de consuetudine specialia: nec ex eo quod Clerici antedicti, se inter eligentes Sutrinis Episcopos probauerunt tertio extitisse, jus eligendi propter breuitatem temporis usque ad præscriptionem legitimum non producti, sibi acquirere potuerunt: & actore non probante, qui conuenitur, & si nihil præstiterit, obtinebit: ab eorum impetitione super electionibus faciendis uos duximus absolvendos, sæpeditis Ecclesiarum Clericis super hoc perpetuum silentium imponentes.

SUMMARIUM.

- 1 Possessorio, & petitorio si spoliatus simul agat & possessionem, & spoliationem probet, sed non dominium obtinet in possessorio, sed succumbit in petitorio.
2 Spiritus sancti invocatio non est substantia electionis, nec de jure, sed ex laudabili consuetudine introducenda.
3 Missa non est de forma electionis.
4 Solemnitatis leuis omisso actum non uitiatur.
5 Hymni Te Deum laudamus decantatio non est de substantia electionis.
6 Inuentarium non uitiatur ex omissione signi Crucis.
7 Unanimiter fieri dicitur, quod sit nomine discrepante.
8 Concorditer fieri non dicitur si uel unus contradicat.
9 Conuentualis Ecclesia ex proprietate uocabali dici potest Collegiata tam secularis, quam regularis, & n. 11.
10 Et quæ ex communia sua loquendi.
11 Conuentus dicitur Petriusorum, Capitulum secularium.
12 Petitorium, & possessorium per que uerba censetur cumulatam in eodem libello, & num. seqq.
13 Consuetudinem intentans uidetur arctumque conuolare.
14 Petitorium & possessorium, an & quibus casibus possit simul intentari.
15 Probatio plena per contrariam pleniorè conuassatur.
16 Probatio prohibitionem non excludit, nisi publicatus attestauerit.
17 Probans semiplenè, alio nihil probante, dicitur plus probare, sed non plenus.
18 Juramentum in iuramento desertor semiplenè probanti.
19 Nisi aduersarius habeat juris assensum, aut iurare uelit se non debere.
20 Testium fides detrahatur si sunt uarij, si vacillant, si satagant probare negatiuum.
21 Negatiua quid, quoties, qualiter coactetur, & quibus modis probari possit, remissè.
22 Beneficium Apostolicum non interesse probatur ex registris, in quibus non reperitur descriptum.
23 Jus eligendi Episcopum unè cum Canonicis Ecclesie Cathedralis potest præferri à Clericis inferiorum Ecclesiarum etiam sine titulo.
24 Præscriptio cumulatio juris instituti, an requirit titulum, & num. seqq. 25 In præscriptione juris eligendi titulus non requiritur si sit cumulatio, secus si priuatiua, & num. seqq.
26 In præscriptionibus contra jus titulus est necessarius.
27 Præscriptio cumulatio non est contra jus, si actus sint simultanei, alijs secus.
28 Institutio tres sunt species.
29 Institutio corporalis pertinet ad Archidiaconum de jure communi.
30 Institutio honorabilis non potest fieri ab Archidiacono.
31 Nec præscribitur sine titulo, aut immemorabili.
32 Institutio collatio, quamvis spectet ad Episcopum, tamen Canon non resistit quin competat inferiori.
33 Præscriptio non habens uoluntatem juris resistentem, titulum non requirit.
34 Mala fides non præsumitur in eo, qui possidet jure non resisteret.
35 Centenaria possessio titulum non requirit.
36 Et quoad hoc æquiparatur immemorabili.
37 Mala fides superueniens non interrumpit præscriptionem iam completam.
38 In præscriptione juris instituti scientia, & patientia Episcopi est loco tituli.
39 Error juris dubij dat iustum causam præscribendi, & æquipollet errori facti.
40 Enumeratio antiquissima probant sanam, qua est loco tituli.

Licet de uitanda & quod ibi dixi in tertio notabili supra de electione.

Cum Ecclesia Sutrina. Si spoliatus possessorio & petitorio simul agens, possessionem & spoliationem probet; sed non dominium: obtinet in possessorio; sed succumbit in petitorio: hoc dicit secundum Joannem Andream cui subscribunt omnes & est Decretalis fertilissima habens materiam subtilem & quoniam, ut ait Ripa in principio. Diuiditur in duas partes principales: in prima ponitur facti & proculius narratio, in secunda distinctio ibi: Nos igitur. Prima pars subdiuiditur in quinque & secunda in duas, ut per Joannem Andream. Nota primò ibi ut moris est: invocationem Spiritus Sancti que secundum Joannem Andream hic in principio fit per decantationem Hymni Te Deum laudamus vel Missæ de sancto spiritu: non esse de substantia electionis nec de jure; sed ex laudabili consuetudine introducendam. Ad hoc caput O nia propter supra de elect. de hic firmant Abbas & Ripa uterque in 1. notab. Neque obstat quod in Constitutione Gregorij XV. que incipit Eterni Patris Filio in uerbo Mater itaque: cautum sit electionem Romani Pontificis fieri aliter non posse quam in Conclauis & eo clauso & post celebratum in eo prima die solum Missæ Secundum (scilicet de Spiritu Sancto) & illa uerba fieri aliter non posse, uideantur secundum Felinum in cap. Dilecta num. 6. uersiculo Septimum secundum de re scriptis, Decium cons. 528. num. 11. Part. cons. 19. num. 20. lib. 2. & actum contractum ipso jure insistant, ut uocat Bart. in lege finali num. 7. ff. de feris, Jason in lege Non habium num. 60. cod. de legibus; cum præscriptio celebratio Missæ sub uocis determinatione cumuletur cum clausura Conclauis: que proculdubio est substantialis ad legem In iure, §. Sed si & ibi Bartolus num. 1. ff. de uisig. & papill. id. inquam, non obstat; quia in §. Quod si electio, ubi peritioribus forma substantialis electionis cum Decreto irritanti: non reputantur illa uerba post celebratum Missæ factum: quod clarè demonstrat hanc solemnitatem ad electionem ualiditatem non pertinere. Quare de hoc defectu sicut exiit non potest contra electionem inferiorum: ne nec contra electionem Papæ. Ad hoc caput Fagnani in II. Lib. Decretal.

Ratio supra scripte decisionis est, quia hæc leuis solemnitas, cujus omisso actum non uitiatur, lege 1. §. finali ff. de uen. inspic. Ait. cons. 282. Videtur num. 17. uers. Similiter omisso. Undè in simili, quamuis in publicatione electionis decanari solet Hymnus Ambrosij & Augustini: scilicet Te Deum laudamus: tamen si omittatur, non uitiatur electio. Specul. in titulo de elect. §. 1. uersiculo Consequenter num. 36. Berrach. in tractatu de Episcopis que ff. 9. lib. 3. Similiter quamuis in inventario premitendum sit Signum Crucis: tamen solemnitas leuis est cujus defectus inventarium non inficit, Bartolus & alij post eum in lege finali, §. 1. num. 3. uersiculo Hæc est forma, cod. de iure delibato; & eodem modo est in instrumento premitenda sit invocatio nominis Domini, ut notat glossa 1. in lege generali cod. de Tabular. lib. 10. & in Auth. Ut præpon. nomen. Imper. in uerbo Auctore: tamen omnia non inuadit instrumentum, secundum Bartolum in lege Si quis ex argentiis, §. Si uisum num. 7. ff. de cens. & Ripa hic in 1. notab. Sed an hoc ultimum sit uerum & an procedat ex consuetudine: plenè notari in cap. In nomine Domini in 1. notabili num. 7. infra de testibus.

Secundò nota ibi unanimiter elegistis: hoc uerbum unanimiter inuere actum fuisse celebratum, nemine discrepante: quod apertius probatur in cap. Bone, ille secundò & in cap. Esti unanimiter supra de possul. Prælat. & licet hic Innocentius ait commendabile esse ut fiat unanimiter, ut in cap. Innotuit de elect. licet raro sic fiat, cap. Nec nomen in 8. quæst. 2. & quamvis Anton. de Butt. in cap. Ad aures in 1. notab. supra quod motus causò ex eo textu deducat unanimiter factum dici posse, quod factum est à majori parte Capituli seu Collegij aliquibus contradicentibus: tamen reuè ex illa Decretali colligitur oppositum; nam ibi non dicitur simpliciter electionem fuisse unanimiter celebratam, sed unanimiter uno excepto: qui exceptio frustra fuisset adjecta, si

verbum unanimitate verificaretur in majori parte Collegii, ut bene lib. per Inolanum in 1. notab. & Abbas num. 1. Tene igitur idem importare aliquid fieri unanimitate ac nemine dissentiente, prout hic firmant Abbas, Barbat. & Ripa in 2. notab. Felin. in cap. Non patet. num. 8. vers. Item de verbo unanimitate de re iudicata & consentit Bald. in lege finali in 1. col. de impub. & in lege unica, §. His ita in 1. col. cod. de caduc. tollen. & in hac dictione unanimitate seu una: esse valde condum aut hanc dictionem unanimitate conjunctionem & unitatem; eodem modo concorrit aliquid fieri non dicitur, si vel unus contradicat, ut notat glossa in Clementina Ne Romani in verbo Concorditer de elect. & in cap. Cipientes in eodem verbo, eodem titulo lib. 6. de quo tamen vide ad futuritatem Felinum contra iura scholasticum qui in Collegio dicitur unanimitate seu concorditer approbati secundum Abbatem.

Terrio nota ibi Clerici Conventuum Ecclesiarum Collegiatae Ecclesiae seculares posse appellari Conventuales; & sic verbum Conventus, congruit non tantum Collegio Religiosorum; sed etiam Clericorum secularium, ut hic per Abbatem in 3. notab. & Ripa num. 4. ad quod facit etimologia vocabuli; dicitur enim Conventus a conventendo, ut cap. 1. 15. dist. Item facit textus in Clementina Ut in: ibi Collegiatae secularibus vel regularibus Ecclesiis de auge & qualitate & Concil. Trident. cap. 4. in principio sess. 22. Subdit tamen Abbas hoc procedere de iure & ex proprietate vocabuli. Secus de communi usu loquendi, quo Ecclesiae Religiosorum tantum appellantur Conventuales. Quod ipsum aliter idem Abbas in cap. Educere in ultimo notab. de rescriptis & sequitur Ripa, ubi supra; & Adde Archid. in cap. Quia sap. num. 2. de elect. lib. 6. ubi ait Conventum dici Religiosorum & Capitulum secularium; hoc enim duo ponitur, ut diversa in Clementina 1. de Magistris: licet quandoque ponatur promiscue, ut ibi notat Cardin. in 2. notab. Non obstat quod Gemin. conf. 131. incipiente Quoniam Beneficia num. 4. decidat Constitutionem Papae disponente Prioratus Conventuales vacare, si electi non fuerint infra sex menses promoti ad Ordines requiritos: non comprehendere Ecclesias Collegiatas seculares, eo quod appellatione Ecclesiarum Conventualium de proprietate sermonis non continentur Ecclesiae Clericorum secularium; etenim ut responderit Ripa: decisio Geminiana est vera, quia verba illius Constitutionis sunt intelligenda secundum communem usum loquendi; sed eius ratio falsa est per praedicta. Hic tamen usus non est ubique uniformis: unde in Cathedrali Ecclesia Sancti Angeli in vado Collegium Spiritus Sancti quod est Clericorum secularium ex communi usu loquendi appellatur Conventus; & adde quod notatur per Joannem Andream & Caldericum in cap. Capitulum, supra de rescriptis.

Quarto nota ibi possibilibus: petitionum & possessionum reintegranda censeri in eodem libello cumulatim per haec verba cum consueverimus electioni interesse: petimus electionem nobis absentibus factam cassari secundum Innocentium hic in principio cui Barbus num. 10. & ceteri ad stipulantur. Ratio enim reddit Baldus num. 3. quia consuetudo est tam juris quam facti; & ideo qui intreat consuetudinem videtur simul intreat petitionem & possessionem. Opponitur autem quibus verbis utrumque iudicium censetur cumulatim in eodem libello: plene hic praepositor Innocentius & reliqui post eum. haec tamen procedunt in possessore reintegranda seu recuperanda: quod ut hic patet, in eodem libello cumulatim potest cum petitorio: sicut & possessorem adipiscende, ut notant omnes in Lege Naturaliter, paragrapho Nihil commune, ubi in specie Ripa num. 142. ff. de acquir. possess. Menoch. de adis. rem. 3. num. 161. & plenius rem. 4. qu. 64. a num. 510. Verum an haec cumulatim cum petitorio fieri possit in possessore retinenda, ardua, & periculosissima est quaestio, de qua consule eundem Menoch. de retinend. rem. 3. qu. 66. a num. 511. ubi novem casus distinguit, & materiam brevissime protegitur.

Quinto nota ibi plenius probavissent, probationem plenam per contrariam plenam vinci, & coquassari. Ad idem l. Ob nam. §. Si testes, ff. de testib. Bart. in leg. Si duo num. 4. ff. Ut possit. text. in cap. Licet causam, & ibi glossa. & Doctores infra de probat. Surd. conf. 135. num. 94. lib. 1.

Rota decis. 366. num. 4. par. 5. recensor. Alias tamen probatio probatio non excludit, Reg. decis. 624. num. 2. Callard. decis. 2. de dilat. Rota decis. 485. num. 5. par. 4. de div. nisi publicans attestacionibus, ut in Clem. Secunda, de testib. Adde Bald. hic num. 6. quod ille, qui simpliciter probat, alio nihil probante, dicitur plus probare, non tamen plenius; & ideo in defectum probationis defendendum est Sacramentum testimonii probanti, juxta textum in l. Bone fides, C. de rebus credit. Praterquam in duobus casibus.

Primo est cum adversarius habet pro se juris dispositionem, & assentiam. Secundum cum adversarius vult jurare: cum enim ambo sint ejusdem autoritatis, & uterque pariter sciat veritatem, si reus offerre se paratum jurare se non debere, non debet deseri juramentum. Secus si non vult ju-

rare. Haec est glossa. ante. in iure, in ver. Maritus, in ver. Adjeto, ff. de quaest. secundum Bald. qui tamen fabit eam glossam de facto non servari. De materia hujus juramenti supoletori, seu necessarii, consule Bart. & Doctores in l. Admonendi, ff. de iurjur. & Malsardum plura cumulatim de probat. conclus. 954. vol. 2.

Sexto nota in ver. Nos igitur, tria quae detrahunt fidei testium, videlicet si sint vari, si vacillant, si fatigant probare negativam. Quid sit variare, & quid vacillare notatur in cap. Praterca de testibus cogen. & per Bart. in leg. Eui, ff. de fals. & Felin. in c. Cum in tua, de testibus. Et de negativa vide quod notatur in c. Bone, ff. de secunda de elect. & latissime hic per Ripam a num. 70. ubi primo praemittit quid sit negavit, quot sunt illius species, & qualiter coarctetur. Deinde ponit regulam quod negativa sit probabilis per rerum naturam, eamque dupliciter ampliat. Demum a num. 79. prosequitur octo modis probandi negativam: & quod quartum videlicet per regitrum, vide Constitutionem Urbani VIII. super preservatione iurum Sedis Apostolicae, & inferiorum Ecclesiarum, quae incipit, Romanus Pontifex, editam die 5. Junii 1641. post princip. ubi dicitur, Consuetudines, approbationes, & beneficia Papa, praesertim ubi agitur de praedictis scriptis semper consuevit in scriptis expressis, praecipue per litteras Apostolicas, sine jure plumbi, sive in forma Brevis sub anno Pontificatus; ideo si in regestis Apostolicis, quae fideliter custodiuntur, non reperitur descripta, vel registrata, vel non exhibentur, originalia litterarum Apostolicarum, aut transmissa, juxta formam auctoritate Constitutiois ejusdem Pontificis edita die prima Junii 1635. inde deducitur Romanos Pontifices hujusmodi confirmaciones, approbaciones, aut beneficia nunquam concessisse. Haec ibi. Quamobrem quod afferunt Doctores, & milites resolvit Rota ex cursu triginta annorum cum observantia sublevarum praesumtionem Apostolicam, hodie cessat, quia haec praesumtionem fultit Urbana Constitutio in his, quae sunt Ecclesiis, aut personis Ecclesiasticis prejudicialia. Probat enim negativa eo ipso, quod beneficia hujusmodi in rescriptis Apostolicis non reperitur descripta, ut scripsi plenius in cap. 1. num. 46. & seq. supra de consuet.

In glossa in ver. Temporis brevitate, nota Clericos inferiores nomine suarum Ecclesiarum posse prescribere jus eligendi Episcopum una cum Canonicis Ecclesiae Cathedralis, ad quos pertinet de iure commune, & in hac praescriptione titulum non requirit. Sed an hoc sit verum, plene examinabitur in quaestione sequenti.

Ex facto quaesitum est utrum in praescriptione cumulatim juris institueri requiratur titulum, necne.

Inter Episcopum Burgi S. Donnani, & Praepositum Buxet jam S. Congregatio censuit Praepositum praescripsisse jus institueri cum Episcopo ad Canonicas, beneficia, & Ecclesias in literis Eugenii IV. designatas, si modo vere de iure patronatus existant, ad praescriptum Concilii Tridentini cap. 9. sess. 25. ut plene scripsi in c. Anclis a num. 2. usque in fin. infra de praescript. Et quavis ante definitionem hujus causae actum esset de singulari requiritis ad praescriptionem inducendam, quia tamen ex parte Episcopi opponeretur Praepositum non habuisse titulum coloratum ad quatuor Canonicas, & duo beneficia fixae praescriptionis: vocatis partibus in contradictorio concordatum est in dubio, An in praescriptione hujusmodi requiratur titulus, ac si requiratur, an de eo constet. Quod Sacra Congregatio proximè habita iussit, ut proponeretur in sequenti, rejecta opposicione Episcopi, quod prius cognoscendum esset in Rota, an constaret de iure patronatus.

Quoad primam partem dubii, Doctores concilians hanc Decretalem, quae in praescriptione juris eligendi titulum non requirit, cum Constitutione Bonifacii VIII. de cap. 1. de praescript. lib. 6. ubi in praescriptionibus contra jus dicitur necessarius titulus, qui possessori iustam causam tribuit prescribendi, censent in terminis hujus Decretalis non fuisse necessarium titulum, quia agebatur de praescriptione juris eligendi cumulatim cum Canonicis, ad quos electio de iure pertinebat; quae quidem praescriptio non est contra, sed praeter, vel secundum jus commune, quia non privat Capitulum iure eligendi, sed alium adiungit, qui una cum Capitulo eligat; Constitutio autem Bonifacii expressè loquitur de praescriptionibus contra jus. Atque ita adversit Joan. Andr. hic prope fin. num. 22. in hac verba: Dic quod prescribere contra Canonicos nec eligantur contra jus commune, & ibi necessarius est titulus, sed prescribere quod cum ipsis eligant ius, vel praeter jus, vel secundum jus. dist. cap. Obstantibus; & ideo talis praescriptio procedit sine titulo, quae opinio Joan. Andr. placuit etiam Anchar. hic num. 28. & Ripa num. 122. qui eam tuetur ab objectis Abbatis, & sequitur Felin. in cap. Si diligenti num. 5. ad fin. de praescript. ibi quia non possidebatur jus eligendi ad exclusionem Capituli; illud enim esse contra jus, sed erat praescriptum, ut heret electio simul ab extraneis, & Capitulo, & ideo

Joan. Andr. in cap. Ad decimas num. 4. ad fin. & ibi etiam Franc. num. 6. in fin. & Gemin. col. 4. vers. Vel secundo, de rescript. spoliator. lib. 6. Quocirca hanc opinionem quod prescribere contra eum, qui habet intentionem fundatam de iure commune, uti demum egeat titulo, si privatim prescribat, non sit cumulatim, dicit videri magis commune, & tenendam Bald. de praescript. par. 1. 2. part. principalis qu. 2. num. 4. in fin. & num. 5. & eum secuta est Rota Caputaque part. 3. decis. 306. num. 8. & in causa Placentina voti 20. Novembris 1602. coram Penia. Ex his contendit Praepositus suam praescriptionem procedere absque titulo, quia non privat Ordinarium facultate instituti, cum sit tantum cumulatim, ut jam censuit S. Congregatio.

Verum hoc primum Praepositi fundamentum non videtur tutum; quia ita demum cumulatim praescriptio dicitur praeter, vel secundum jus commune, si concurrat in eodem actu simulaneo, puta ut extraneus interit electioni una cum Collegio, ad quod spectat eligendi facultas; atque in his terminis procedit hoc capitulum, & doctrina superius relatæ. Secus autem si cumulatim sit talis, ut unus faciat actum seorsim ab alio; & sic locus praeventioni, ut in casu Praepositi. Ratio differentiae est, quia in primo casu jus commune non prohibet, imò approbat, & commendat, ut plures interit electioni, quo maturius, & prudentius periclitatur, ut cap. Obstantibus 63. dist. Quam citat Joan. Andr. & cap. Prudentiam, ibi, Cum sicut Canones attestantur integram sit iudicium, quod plurimorum sententis confirmatur, de offic. deleg. Quod citat Anchar. loco supra citato. Haec autem ratio minime viget cum unus eligat, aut instituit seorsim ab alio, quia actus institutionis tunc non abolitur iudicio utriusque; quin imò facultas instituti pro illa vice abdicatur ab Episcopo in totum, & transfunditur in inferiori praeventionem, in quo non est tanta praesumptio prudentiae, & maturitatis. Unde praescriptio hoc casu tanquam contraria iuri communi non videtur procedere absque titulo, per reg. d. cap. 1. de praescript. lib. 6.

Neque obstat dicta decisio Caputaque ubi deciditur titulum non esse necessarium, quando beneficiis non intendit excludere Resorem, & perceptorem decimarum in totum, sed vult tantum concurrere. Quia ibi non agebatur de perceptione decimarum per vires, ut semel illas perciperet beneficiarius, semel Resor. Parochialis, sed uterque concurreret in eodem actu individuo percipiendi decimas: hoc autem casu si Praepositus praevenerat in institutione, non sit locus concursus, sed Episcopus quiescit, & nihil ait pro ea vice, atque ita decisio Caputaque potius confirmat hanc distinctionem.

Verumtamen ex alio capitulo non videtur necessarius titulus in praescriptione, de qua nunc est quaestio. Quod ut clarius appareat, oportet primo distinguere tres institutionum species à sacris Canonibus constitutas. Prima species est institutionis corporalis, hoc est immisissio in possessionem: & ideo hic competit Archidiacono de Iure Communi absque ulla praescriptione, ut est textus ad litteram in cap. Ad haec, de offic. Archid. ibi, Institutio corporalis tam inter beneficiarios, quæ etiam dignitates ad ipsum (hoc est Archidiaconum) debet pertinere, & tradit Abb. in cap. Cum venissent num. 10. & seq. de instit.

Secunda species est institutionis autorizabilis, id est approbationis ad curam animarum: & hanc jura prohibent, ac vehementer resistunt fieri posse ab Archidiacono, ut in cap. Cum iuris, ubi notatur de Offic. Archid. ob quam Juris resistunt hanc institutionem, vel nullo modo prescribitur, vel certe requirit, ut quadragenariam, cum titulo, aut immemorabilem, ex traditis per Bellam. conf. 10. Factum est tale num. 5. cum pluribus seqq. & alia col. 3. circa medium, vers. Secundo requiritur, & col. 17. in prin. vers. Circa quantum, Ayem. conf. 124. Scripsi alia num. 14. & sequitur Rota divers. par. 1. decis. 803. num. 3. & 4. & hanc Praepositus censuit fieri debere ab Episcopo.

Tertia species media inter corporalem & autorizabilem institutionem, est quam vocant collatam, de qua nunc controvertitur, & haec quavis de iure spectat ad Episcopum tantum, cap. Cum ex injuncto in fin. de haeret. lib. 6. Canones tamen non reitunt quominus competat ex consuetudine Archidiacono. Quinimo hinc consuetudini assunt, ut probatur in cap. In plebibus 63. dist. in cap. Super eo, juncta glossa in ver. Archidiaconus, de Offic. deleg. cap. Ad haec, cum glossa in ver. Consuetudines de excess. Pralat. in cap. fin. ubi etiam glossa in ver. Archid. glossa. & Doctores in disto cap. Cum venisset. Unde fit, ut haec institutio absque titulo possit prescribi, quia quaecumque praescriptio non habet vehementer juris resistuntiam, non requirit titulum, cap. Placuit, §. Potest. 16. quasi. 3. cap. De quarta, ubi DD. cap. Si diligenti ubi glossa, in ver. Institutio, & Felin. post alios num. 6. vers. Est verum de praescript. Dec. conf.

134. Vijo puncto sub num. 41. vers. Et ad hoc facit, dicens de ditionem cap. 1. de praescript. lib. 6. procedere ubi fortiter Jus Commune resistit praescribenti, Covarr. variar. resolut. lib. 1. cap. 17. num. 7. & decidit Rota in dicta causa Placentina coram Penia. Ratio est, quia titulus non requiritur in praescriptione, nisi ad excludendam male fidei possessionem; & mala fides non presumitur in eo, qui possidet, iure non improbate, aut resistente, Innocen. & Bald. in cap. Per tuas de testibus.

Alterum caput quod iustificat hanc praescriptionem, est 33 quia Praepositus inlinit ab anno 1481. usque ad annum 1601. atque nititur centenaria possessione quae titulum non requirit Assid. decis. 324. num. 6. & censuit Rota apud Seraphin. decis. 707. num. 2. & Gabriel. commun. consil. de praescript. consil. 1. num. 71. & 73. ubi aliis pluribus rebus dicit hanc opinionem communiter approbati: quoad hoc enim immo 36 morabiles & centenaria possessio equiparantur, Gemin. in dist. c. 1. col. 4. vers. Sed quart. Lup. & ibi etiam Anchar. col. fin. vers. Quare etiam circa hoc, de praescript. lib. 6. Gabr. & Seraph. locis citatis.

Neque his obstat laudum anno 1565. latum ab Ormatro inter Episcopum Cremonae & Praepositum Buxeti, quo decernitur irrita acta omnia utriusque producta: nam ubi jam respondit S. Congregatio in alia propositione hujus causae, dictum laudum quod pertinet ad institutionem, effectum non habuit, quia utraque parti perrexit iustitiae, ut prius consueverat. Ac propterea non fuit ius Praepositi acquisitum per praescriptionem annorum supra octingenta. Nam nec mala fides superveniens interrumpit praescriptionem 37 jam abolitam, glossa. communiter approbata in cap. Vigilanti in ver. Novit, de praescript. & scripsi plenius in c. Si quis num. 50. de regular. Atque ex his videretur respondendum Praepositi praescriptionem non requirere titulum.

Sed quatenus titulus esset necessarius, quod pertinet ad 38 secundam partem dubii, de eo tamen videtur constare sufficienter: nam cum Praepositi instituerent spatio longi limis temporis scientibus, & pariter Episcopis Cremonensibus, ex quorum concessione acquiri poterat jus instituti per ea quae notantur per Lambert. de Iure Patron. lib. 1. par. 1. quasi. 9. num. 69. & lib. 2. par. 3. quasi. 1. art. 10. Sola haec patientia praebet eis iustam causam ac titulum sufficientem ad praescribendum, ut hic tradit glossa in ver. Brevitatem temporis, Butr. col. penult. vers. Ubi ergo patientia, Cardin. in 1. opposit. Imola, num. 25. vers. Secundo modo, Archid. in cap. Quia cognovimus 10. qu. 3. Gemin. in dist. cap. 1. in fin. de praescript. lib. 6. Felin. in dicto cap. Si diligenti num. 6. vers. Secunda restrictio, & in terminis institutionis praesupposita Episcopi scientia admittit, ac verum censet Reg. d. col. 10. col. 10. vers. De quarta autem quaestione, & col. 13. vers. Quoad secundam difficultatem.

Scientia autem patientia Episcoporum satis iustificat 39 non solum ex annis visitacionibus, ex actibus multiplicatis, ac temporis diuturnitate, verum etiam ex actibus positivi, ut fuit factum in alia positione hujus causae. Qui quidem actus positivi in materia hujus praescriptionis magis & exiis operantur, quam sola taciturnitas, cap. Ex ore, de his qui sunt a major. par. cap. & tradit Abb. hic num. 5. Ac praeter ea cum Praepositus ex privilegio Eugenii IV. habeat jus deservendi cum jurisdictione, hinc potuit probabitur putare fuisse sibi concessum jus instituti, quod est minus. Ita enim inferit in puncto Abb. in cap. Si quis contra Clericum num. 53. & in cap. Cum contingat num. 32. in fin. ubi etiam Anton. de Butr. col. 5. num. 12. vers. Nisi forte de foro compet. Lambert. de Iure Patron. 14. art. 1. quaestio principalis 3. par. 2. lib. 6. Et quavis illatio hujusmodi forte non sit iudicialis, praebet tamen Praepositi bonam fidem ac iustam causam praescribendi; quia error juris dubii dat titulum sufficientem ad praescribendum, & acqui-pollent error facti, Curt. Sen. conf. 71. Principe desuntibus num. 14. Alexand. conf. 214. Ponderatis col. 2. lib. 6. Joan. de Imola conf. 98. in quaestione num. 15. Quin imò Felin. in cap. De quarta num. 29. de praescript. ubi docet titulum erroneum juris dubii ignorantia sufficere ad praescribendum num. 28. exemplificat in eo, qui habuit a perito malum consilium & citat Angel. in l. Si lege, §. Scire, ff. de petit. hared.

Praebuerunt etiam Praepositi iustum titulum antiquissime 40 enunciative, quia probant famam, quae est loco tituli, Caputaque decis. 356. incip. Titulum ad praescribendam jus instituti, Rota decis. 91. numer. 2. par. 1. & decis. 293. num. 11. par. 5. recenit. & fuit desitum in causa Titulorum juris praesentandi 16. Octobris 1592. coram Blanchetto, & in Eugubina S. Petri de Vigneto 21. Maii 1590. coram Bubulo.

DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.

Alexander III. Cantuarien. Archiepiscopo.

CAPUT VII.

Conquerente nobis R. Clerico accepimus, quod ipsum Ecclesia de Werfort sine iudicio spoliasti. Quia vero jam non decet honestatem tuam, Clericis tuae jurisdictionis, sine manifesta causa & rationabili, suis beneficiis spoliare, quibus tenens paterna provisione consulere; Mandamus, quatenus, si est ita, praedicto Clerico praefatam Ecclesiam cum redditibus inde perceptis restituas: & in pace eam possidere permittas. Restitutione autem facta, si quid adversus eum super praescripta Ecclesia proponere volueris: coram Exeon. Episcopo delegato a nobis, per te vel per sufficientem responsalem tuum, cum eodem R. ordine judiciario poteris experiri.

SUMMARIUM.

- 1 Spoliatus etiam a Iudice juris ordine praetermissis ante omnia restituitur. 2 Clericus, ut beneficio suo privari possit, tria requiruntur.

Conquerente. Spoliatus etiam a Iudice juris ordine praetermissis ante omnia restituitur. Hoc dicit secundum Joan. Andr. & omnes. Nota ex textu tria requiruntur secundum Abbatem num. 2. ad hoc ut Clericus beneficio suo licite privari possit. Primum enim requiritur causa rationabilis. Secundum, ut causa hujusmodi sit manifesta. Et haec duo requiruntur in textu ibi, Non decet honestatem tuam, Clericis tuae jurisdictionis sine manifesta causa & rationabili suis beneficiis spoliare. Et exponit ver. Manifesta, id est notoria, ut cap. Nos in quemquam 1. quasi. 1. & ver. Rationabili expositione, id est gravi: nam pro levi causa non debet quis privari beneficio suo, c. Inventum 15. qu. ult. Tertio requiritur, ut privato fiat in iudicio, seu juris ordine servato: & hoc vult textus ibi, Si-

ne iudicio spoliasti. Nam ut inquit Hostiensis in cap. Lites Heli num. 1. infra de simonia. Hic nullus ordo fuit servatus, sed Episcopus non citatum, non confessum, non convictum, nec aliqua praemissa inquisitione illum Clericum voluntate capitanei beneficio spoliavit; Et ideo quia ex hoc merito reddidit se suspectum, datur ei Iudex. Et idem dicitur ibi Joan. Andr. num. 7. post med. vers. Nec obstat, Butr. num. 13. in fin. Auctor. num. 7. vers. Non obstat, & reliqui omnes. An autem haec vendicent sibi locum in Papa, ita ut sine iusta causa, & juris ordine non servato possit Clericum suo beneficio, vel Officio privare, scriptum latissime in cap. Consultationibus a num. 24. usque ad num. 83. infra de Clericis agrotant.



DE RESTITUTIONE SPOLIATORUM.

Caelestinus III.

CAPUT XI.

Gravis ad nos querela: & infra. Mandamus, quatenus si vobis constiterit de praemissis: praedictum Archidiaconum, ablata praenominati Monasterii Fratribus cum integritate restituere, damna plenarie resarcire, & de illatis injuriis competenter satisfacere compellatis, provisi, ut non tantum fructus a novo violento possessore perceptos, sed quos (si eis possidere fuisset licitum) possessores veteres perceperissent, reddi faciatis eisdem.

SUMMARIUM.

- 1 Volentis rem cum fructibus etiam, qui percipi potuissent restituere, damna resarcire & de injuriis satisfacere compellatur & num. 7. cum quatuor seqq. 2 Fructus intelliguntur deductis impensis, qua quarendorum, colligendorum, conservandorumque eorum gratis sunt. 3 Impensis pro quarendis colligendis & conservandis fructibus deductis etiam praed. 4 Et nullus casus intervenire potest, qui hoc genus deductionis impediat si impensis sint necessariae & num. 5. Fallit tamen in Decimis praedialibus, num. 6. 5 Reddita, proventus & obventiones lucrum significant. 6 Decima praedialis solvi debent sine ulla deductione seminis & aliorum sumptuum, qui sunt in agricultura. 7 Interdictum recuperanda ad quos se extendat. 8 Spoliato facienda est integerrima restitutio etiam quoad locum, in quo res posita erat. 9 Item resarcienda sunt damna illata in spoliatione. 10 Item de illatis injuriis competenter satisfaciendum. 11 Item restituendi sunt fructus etiam qui percipi potuissent. 12 Spoliato non satisfacit de injuriis, nisi de his specialiter agatur, sed restitutio fructuum & reparatio damnorum veniant etiam si non fuerint petita. 13 In fructibus perceptis ante motam litem regulariter non fit condemnatio, nisi expresse petantur in libello & num. 15. 14 Fallit quando agitur de vi expulsa, aut compulsiva, vel petitione hereditatis. 15 Fructus quando accessorii petuntur in libello, si in eis non fiat condemnatio, non potest de eis amplius agi, nec super omisso sententia ferri. 16 Secus si petantur principaliter & jure actionis. 17 Fructus alii sunt naturales, alii industriales, alii civiles. 18 Fructus naturales qui sunt. 19 Fructus industriales qui sunt. 20 Fructus an iudicari debeant naturales, vel industriales, relinquitur arbitrio iudicis. 21 Et quomodo hujusmodi arbitrium sit regulandum. 22 Olivae & oleum sunt fructus industriales. 23 Fructus omnes, qui seminantur, industriales sunt. 24 Fenum & palea fructus industriales dicuntur. 25 Item lana & lac. 26 Item aucupia venationes & piscationes. 27 Item lapidicina & cretosulina. 28 Item cerviculi. 29 Piscus sunt fructus naturales, nisi sales secentur. 30 Fructus civiles qui dicuntur & num. seqq. 31 Pensiones domorum, usura, vectura navium, mercedes inventorum & opera servorum dicuntur fructus civiles & num. seqq. 32 Pensiones domorum, quo sensu ab aliquibus vocentur fructus industriales. 33 Fructus civiles magis cedunt naturalibus, quam industrialibus. 34 Pensiones Ecclesiasticae absque dubio inter fructus civiles computantur. 35 Possessor mala fidei dicitur verè & juris praesumptione. 36 Possessor mala fidei verè dicitur qui possidet rem, quam pro certo scit esse alienam & num. 108. 37 Item is, qui pro certo scit rem non esse suam. 38 Possessor mala fidei, juris praesumptione dicitur ille, cum quo supra se, seu dominus rei la sui contestata & num. 108. & latius num. 110 & 111. 39 Possessor mala fidei, an quis efficiatur per solam denuntiationem. 40 Possessor bona fidei dicitur, qui ignorat se alienam possidere & cogitationem Domini possidet. 41 Item qui credit tradentem esse Dominum. 42 Possessor bona, vel mala fidei multplex divisio. 43 Possessor bona fidei semper sine titulo facit fructus industriales suos & naturales in quantum eos consumpsit: sed naturales extantes nunquam facit suos. 44 Si verò habuit titulum, fructus omnes facit suos etiam naturales non consumptos. 45 Consumptio in fructibus naturalibus idem operatur, quod industria & cultura in industrialibus & num. 62. 46 Matrem per consumptionem reconciliatur, etiam si quis causam habeat à fore & praedone. 47 Possessor bona fidei etiam sine titulo facit fructus civiles, qui diligentia sua percipit & si solvens liberatur & num. 63. 48 Si verò ex diligentia alterius facit quidem suos, sed ei solvens non liberatur, nisi habuerit iustum causam solvendi & num. 63. 49 Possessor bona fidei tenetur restituere fructus, quos non facit suos, si extant eo modo, quo tenetur rem ipsam restituere & sic rei vindicatione. 50 Si verò sunt consumpti, ex eis factus est locupletior, tenetur illa restituere conditione sine causa, vel conditione generali & num. seqq. 51 Rei vindicatio non datur contra Dominum, sed ipsi Domino & num. 56. 52 Possessor bona fidei, an in dubio ex fructibus naturalibus consumptis praesumatur factus locupletior. 53 Possessor bona fidei, in quibus casibus facit fructus suos, nihilominus si extant, tenetur illas restituere officio iudicis & num. 56. 54 Officio iudicis ex equitate succurritur, ubi actio desit. 55 Possessor bona fidei post consumptionem fructuum, quos sua fecerat, etiam industriales & civiles, seu illorum estimationem restituere tenetur conditione sine causa, quatenus ex illis factus est locupletior & num. seqq. sed vide num. 66. 56 Condicio sine causa datur ex aequitate contra eum, qui factus est locupletior non modo ex re sua, sed etiam ex re mihi debita. 57 Locupletior factus, quando quis dicitur. 58 Possessor mala fidei etiam non violentus, siue habeat titulum, siue non, fructus etiam industriales non facit suos.